
5
4
5
4

CATALOGUS
CODICUM MANU SCRIPTORUM LATINORUM

QUI IN C. R. BIBLIOTHECA PUBLICA ATQUE UNIVERSITATIS PRAGENSIS ASSERVANTUR

AUCTORE

JOSEPHO TRUHLÁŘ

EIUSDEM BIBLIOTHECÆ CUSTODE

C. R. ERUDITIONIS PUBLICÆ MINISTERIO LIBERALITER ADIUVANTE EDITUS.

PARS POSTERIOR

CODICES 1666—2752

FORULORUM IX—XV ET BIBLIOTHECÆ KINSKYANÆ.

ADLIGATA 2753—2830. TABULÆ. ADDENDA. INDEX.

PRAGÆ

SUMPTIBUS REGIÆ SOCIETATIS SCIENTIARUM BOHEMICÆ

TYPIS Dris ED. GRÉGR FILIIQUE. — APUD FR. ŘIVNÁČ BIBLIOPOLAM.

1906.

Conspectus codicum

hac parte descriptorum secundum forulos et signaturas.

Sequuntur

1666 *IX. A. 1.*

chart. saec. XV ff. 281, 31 × 21 cm. d. m.

»Sermones de tempore et de sanctis, quadragesimale super evangelia et epistolas Mgri Johannis de Rokyczan per circulum anni 1469« (alia manus addit: »quidam dicunt **Lupacz**«, quod additamentum atramento illitum est).

f. 1ª »Dom. I in adventu. Isto tempore presenti sacro« × f. 278ª (dom. XXI) »contra Antichristum pugnare debemus.«

f. 278ª—281ᵇ Sermones diversi serius additi.

Omnes sermones Rokyczanae bohemice interpolati et glossati sunt, insertis textibus sacris. Item in operculo super. occurrunt notae historicae ad a. 1509 spectantes (de coronatione Ludovici regis et impetu civium in Hungaros).

1667 *IX. A. 2.* (*Y. II. 1. n. 2.*)

chart. a. 1460 ff. 286, 31·5×21 cm. 1 m. cum init. pict.

Thomae de Aquino Summa philosophica seu de veritate catholicae fidei contra gentiles libri IV.

f. 1ᵇ (post registrum) »Veritatem meditabitur guttur meum« × f. 286ª »usque in sempiternum. Expl. quartus liber s. Thome de Aquino contra gentiles et hereticos a. d. **1460**.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis cuiusdam philosophici saec. XIV in.

1668 *IX. A. 3.* (*Y. II. 3. n. 3.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 143, 32 × 23 cm. 1 m.

Alberti Magni Commentarius in XII prophetas minores cum notis marginalibus aevi recentioris.

f. 1ª »Incipit opus dom. Alberti super duodecim prophetas. Ecclesiastici XLIX: Et XII prophetarum ossa« × f. 143ᵇ »Sed nos tales fabulas non curamus. Expl. opus dom. Alberti quondam Ratisp. episc. super duodecim prophetas.«

Nota saec. XV in operculo superiore: »Liber dom. Wenceslai plebani« (cetera radendo deleta sunt). Vetus sign. D, 15.

1669 *IX. A. 4.* (*Y. I. 3. n. 4.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 303 num., 29 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—90ª **(Hugonis Argentoratensis) Compendium theologicae veritatis.** »Veritatis theoloyce sublimitas« × »recipiet sine fine.«

f. 90ᵇ—107ᵇ/ᵦ **S. Augustini Enchiridion.** »Dici non potest, dilectissime fili Laurenti« × »caritate conscripsi. Et sic est finis libri b. Aug., qui vocatur Enchiridion.«

f. 108—145 nunc desunt.

f. 146ª—168ª **»Collecta (= quaestiones) Mag. Nicolai Bicipitis super Sententiarum libro IV.** »Utrum filius dei incarnatus« × »Et sic est finis quorundam collectorum Mgri Nicolai Bicip. ex sentenciis IV. libri.«

f. 168ᵇ—169ª **»Remedia contra apostemata pestilentica« MM. Galli et Cristanni** et anonymi.

f. 169ᵇ Versus de virtutibus quarundam herbarum.

f. 170—195 nunc desunt; ideo desideratur maxima pars tractatus subsequentis.

f. 196ª »Explicit **magisterium Christi in septem artibus liberalibus collectum per Henricum (de Bitterfeld?) mag. study Pragensis a. 1403. Stanislaus de Wartha«** (scripsit?).

f. 196ᵇ—213ª **S. Augustini Liber de spiritu et anima.** »Quoniam dictum est mihi« × »et ille obedire.«

f. 213ᵇ—216ᵇ **S. Bernardi Claraevallensis Tractatuli quidam** (de directione vitae, consolamen animae etc.).

f. 217—266 nunc desunt.

f. 267ª—279ᵇ **(S. Bonaventurae) Expositio canonis missae.** »Christus assistens pontifex« × »ecclesia inseratur.«

f. 279ᵇ—297ª **»Philosophia Wilhelmi doctoris moderni.«** »Quoniam, ut ayt Tullius« × »racionem operis terminemus. Et sic est finis huius.«

f. 297ᵇ—301ª **(M. Stephani de Colonia) Sermo ad clerum super »Caute ambuletis«.**

f. 301ª—303ª Sermo ad clerum super »Audite disciplinam«.

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. literarum Johannis (Očkonis) archiep. Prag. ad cruciferos Prag. datarum (a. 1378?) in causa Petri Simonis de Bor presbyteri. In eodem fragmento verso exaratum est registrum contentorum manu saec. XV. Nota in operculo superiore: »Iste liber est Mag. Simonis de Rokyczana.« Vetus sign. J, 67.

1670 *IX. A. 5.* (*Y. I. 3. n. 5.*)

chart. a. 1390 ff. 176, 29 × 22 cm. d. m.

»Milicius super evangelia quadragesime.« **(Sermones quadragesimales.)**

f. 1ª »Receperunt mercedem suam. M⁰ 6. Omnes, qui nunc in carnisprivio corrupti sunt« × f. 121ª (in vigilia pasche) »quam ante secula promisit, inducat, qui vivit etc. A. d. **1390.**«

f. 122ª—157ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Sermones de tempore et de sanctis a die resurrectionis usque ad dominicam rogationum (pars »Gratiarum dei«)** »Jesum queritis . . . Cantavimus in dominica passionis« × »feliciter valeamus« . . .

f. 158ª—164ª (anepigr.) **Expositio orationis dominicae.** »Magna est virtus oracionis« × »has septem peticiones consequitur a dom. J. Chr., qui« etc.

f. 164ᵇ—176ª (anepigr.) **Alia expositio eiusdem orationis.** »Pater noster etc. Hec sanctissima oracio« × »possimus pervenire, ad quam« etc. Sequuntur septem versus orationem dominicam exprimentes: »O pater alme, tuum nomen sit sanctificatum« etc.

Nota saec. XV in operculo superiore: »Liber Francisci Ronberg de Zittavia SS. Erhardi et Othilie ecclesie Pragensis altariste.« (Alia manus addit:) »Hunc librum dedit Cristanus Ronberg de Zittavia fratribus in Oywin, ut orent pro eo et pro fratre suo dom. Francisco Ronberg, cuius fuit.«

1671 *IX. A. 6.* (*Y. II. 1. n. 6.*)

chart. saec. XIV ex. (*partes a. 1388 et 1389*) *ff. 203 num., 30×22 cm. d. m.*

f. 1ª—10ᵇ Sermones duo de passione Christi.

f. 10ᵇ—12ᵇ Notae theologicae de passionis Chr. contemplatione.

f. 13ª—108ª »**Liber de naturis animalium cum moralitatibus et lapidum preciosorum descripciones.**« **(Jacobi de Lausanna Moralitates rerum naturalium).** (Post registrum f. 13ᵇ:) »Proprietates animalium cum moralitatibus secundum ordinem alphabeti« . . f. 98ª »Hec dicta sufficiant de naturis animalium et proprietatibus . . . Supponamus autem nomina preciosorum lapidum . . . secundum ord. alphabeti« × »Expl. liber de naturis animalium cum subiunxione (sic) moralitatum et lapidum preciosorum descripciones fer. VI ante festum s. Procopii a. **1388.**«

f. 108ª—109ª Sermo de corpore Christi »Revela oculos meos«.

f. 109ª—109ᵇ Nota de malitia diaboli in carnisprivio.

f. 110ª (post multa folia evulsa:) »Expliciunt conclusiones sentenciarum . . . finite a. 1388« . . .

f. 110ª—120ᵇ **Sermones dominicales per quadragesimam.**

f. 120ᵇ—127ª (anepigr.) **Francisci de Perusio ord. min. Tractatus de VII vitiis capitalibus et X praeceptis.** »Invidia secundum Augustinum est odium aliene felicitatis« × »pax sine discordia.« Sequitur epistola dedicatoria.

f. 127ᵇ—132ª (post notam de multiplici cibo) Sermones de corpore Christi.

f. 132ª—147ª (anepigr.) **Tractatus de conflictu vitiorum et virtutum.** »Qui vicerit, faciam illum sedere in throno« × »necat Baptistam Johannem.«

f. 147ª—161ᵇ **S. Bonaventurae Breviloquium.** »Flecto genua mea« × »qui est trinus et unus . . . Explicit Bona Ventura.«

f. 161ᵇ—200ᵇ **Isidori Hispalensis De summo bono libri tres.** »Summum bonum deus est« × »Explicit Ysidorus de summo bono cum registro suo finitus a. d. **1389** fer. VI in die s. Sixti in Colonia.«

f. 201ª—203ª **B. Anselmi Cantuariensis Exhortatio de contemptu temporalium et desiderio aeternorum.** »Quid agis, o homo« × »sed propter vitam eternam, quam concedat« etc.

Vetus sign. Q, 53.

1672 *IX. A. 7.* (*Y. I. 3. n. 7.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 222, 30×22 cm. 2 m.

(Galli abbatis Aulae Regiae?) Malogranati liber I et II.

f. 1ª (post registrum) »Notandum, quod opus subsequens . . . intitulatur Malogranatum . . . Fili, accedens ad servitutem dei« × f. 222ᵇ (lib. II cap. ultim.) »totaliter carere, debemus tamen« (cetera desunt folio ultimo exciso).

In margine fol. 1ª est nota Bohuslai Balbini de operis auctore, in operculo infer. nota manu saec. XV haec: »Item fuit in *Luthomisl* in summo aput canonicos sabbatho in festo s. Eligii« (sic). Vetus sign. D, 51.

1673 *IX. A. 8.* (*Y. I. 3. n. 9.*)

chart. a. 1402 ff. 285 num., 30 × 22 cm. d. m.

(Johannis Gerson) Cancellarii Parisiensis Dicta super evangelia dominicalia per aestatem.

f. 1ª »Jesum queritis Nazarenum . . . Hic Marci XVI verba sunt angeli« × f. 285ª »Expliciunt dicta super ewangelia dominicalia per estatem rever. Mag. cancellary Parisiensis reportata Prage per me **Ulricum Zacharie de Aerding** sub a. d. **1402** proxima fer. VI post festum s. Lucie.«

1674 *IX. A. 9.* (*Y. I. 3. n. 10.*)

chart. a. 1385 ff. 194, 30×21 cm. 1 m.

Gregorii papae I Moralium super Job libri 19—35 (= pars secunda).

f. 1ª »Quid mirum, si eterna dei sapiencia« × f. 194ᵇ »Explicit liber moralium b. Gregorii pape a. d. **1385** die X mensis Novembris per manus **Johannis presbyteri dicti Crispus de Zrucz.**«

Vetus sign. B, 2.

1675 *IX. A. 10.* (*Y. II. 3. n. 11.*)

membran. saec. XIV—XV ff. 177, 29·5×22·5 cm. d. m.

S. Bernardi Claraevallensis Sermones super Cantica canticorum.

f. 1ª »Vobis, fratres, alia quam aliis de seculo sunt dicenda« × f. 177ᵇ (absolv. sermo 110) »et dulcis sponsus J. Chr., qui« etc. »Et sic est finus huius libri X cum vocali et C. li« (sic). Alia manus addit: »Non hic plus quam in communibus sermonibus invenitur a sermone 84 inclusive.«

Vetus sign. J, 7.

1676 *IX. A. 11.* (*Y. II. 4. n. 12.*)

chart. a. 1407 (?) ff. 188, 31×21 cm. d. m.

(Pseudo-) Dionysii Areopagitae Opera (de caelesti hierarchia, de ecclesiastica hierarchia, de divinis nominibus, de mystica theologia, epistolae) cum commentario.

f. 1ª (Prologus:) »Quoniam prudencie vestre severitatem« . . . (Textus:) »Angelicarum scripturarum splendores« . . . (Comment.:) »Contemplativorum

virorum eximius« × f. 188^b (finita ad Timotheum epistola) »Suffragante divina misericordia finitus est iste liber b. Dyonisii a. d. **1407** (?) proxima fer. V ante Gregorii pape. Muff. Puff.«

In operculo super. et foliis utrique operculo adligatis nec non passim in marginibus libri ipsius occurrunt notae theologicae manu paulo recentiore inscriptae.

1677—1679 *IX. A. 12. a, b, c.*

chart. saec. XIX.

Repertoria librorum c. r. bibliothecae universitatis Pragensis localia (Controllbücher über die Fächer 1—38) usque ad a. 1854 producta.

1680—1686 *IX. A. 13—16, 18, 19.*

chart. saec. XVIII—XIX.

Catalogi librorum c. r. bibliothecae universitatis Pragensis:

IX. A. 13. **historiae literariae** catalogus antiquus a. 1781 elucubratus, recentior usque ad a. 1815 continuatus (codices 2),

IX. A. 14. **classicorum graecorum** a. 1786 conscriptus,

IX. A. 15. **librorum grammaticorum** a. 1781 conscriptus,

IX. A. 16. **librorum poeticorum** a. 1781 conscriptus,

IX. A. 18. **codicum manu scriptorum** a. 1781 conscriptus,

IX. A. 19. **librorum mathematicorum** a. 1781 conscriptus.

1687 *IX. B. 1.* (*Y. I. 3. n. 13.*)

chart. saec. XV ff. 196, 30 × 21 cm. 1 m.

Johannis Chrysostomi Homiliarum in evangelium s. Matthaei pars I et II partis cap. 19—23.

f. 1^a »Sicut referunt Matheum conscribere« × f. 159^a (caput 23) »illi autem nolunt« (finis homiliae huius est in scheda praecedente inligata).

f. 159^a—196^b **Sermones quidam s. Bernardi Claraevallensis.**

Operculis adligata sunt duo folia membran., in quibus haec occurrunt: 1. **Lékařstvie proti padúcí nemoci.** 2. **(Richardi Wyche Anglici) Epistola ad Joh. Hus** (Edit. Norimb. I, 101). 3. **M. Johannis quondam Judaei Epistola ad archiepiscopum Pragensem** (Edid. Nedoma in Věstník K. č. spol. 1891 p. 46.). 4. Epistola anonymi ad anonymum, cuius frater Johannes »curam animarum dimiserit«. 5. **(Henrici de Bitterfeld)** Definitio simoniae cum corollariis. 6. **Anonymi (M. Johannis Hus?) epistola ad Mag. Johannem Hubner, ut videtur, qui M. Wiclif falso haereticaverit, data a. 1404,** cf. Věstník Č. A. 1900 p. 353. (Ad calcem alia manus annotavit: »Johannis et Henrici pater vocatur Boethe Kaltreyter et moratur in Posco (Posto?)«). Vetus sign. D, 9.

1688 *IX. B. 2.* (*Y. I. 3. n. 14.*)

chart. saec. XV ff. 24 + num. 231, 30 × 22 cm. 1 m. Opercula cultro artificiose ornata.

Hugonis de S. Caro (seu de S. Jacobo) **Postilla super evangelium s. Lucae.**

f. 1^b—24^a Registrum operis reale alphabeticum.

f. 1ª »Vidi et ecce quatuor quadrige egredientes . . . Hanc visionem revelavit dominus« X f. 231ᵇ »Expliciunt postille super Lucam secundum fr. Hugonem de S. Jacobo«.

F. 1ª exaratae sunt duae epistulae de papiro transmisso et precio eius. Ibidem (et alibi) occurrit nomen possessoris: »Liber Francisci Ronberg de Zitavia.« Item: »Dom. Johannes Bernsdorff Lipensis pretor comparator huius libri.« In operculo super.: »Hunc librum commendavit pro collegio Karoli Mag. Johannes de Jemnicz.« Vetus sign. D, 28, K.

1689 *IX. B. 3.* (*Y. I. 3. n. 15.*)

chart. saec. XV ff. 338, 30·5 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

M. Johannis Hus Lectura in IV libros Sententiarum Petri Lombardi.

f. 1ª »Pater et filius et spir. s., idem deus, qui affuit in cursus mei principio, assit et in sentenciarum inicio« X f. 334ª »quoad finem leccionis potui pervenire. (rubric.:) Amen Jene wessel sye zess dokonal ty knyehi etc.«

f. 334ᵇ—338ª Tabula rerum alphabetica.

Vetus sign. A, 10.

1690 *IX. B. 4.* (*Y. I. 3. n. 16.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 217, 30 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—99ª (anepigr.) **Quaestiones de sacramentis secundum IV librum Sententiarum.** »Hec sunt signa triplicia« X »Que hic deficiunt, in Summa et Lectura Host. et Repertorio aureo Gwill. ci. de. pe. et re. plenius continentur.«

f. 99ª—99ᵇ Registrum operis praecedentis mancum.

f. 99ᵇ—105ᵇ Sermones aliquot (in caena dom., in diebus rogationum, de dedicatione).

f. 106ª—132ᵇ **Eusebii ad Damasum epistola de morte s. Hieronymi et de ipsius miraculis.**

f. 132ᵇ—159ª **B. Cyrilli ad S. Augustinum epistola de miraculis s. Hieronymi.**

f. 159ª (anepigr.) **Johannis Noviforensis Versus de s. Hieronymo**: »Ecclesie doctor« etc.

f. 160ª—171ᵇ **(Johannis Damasceni?) Historia Barlaam.** »Cum fides per apostolos« X »Barlaam et Jozaphat beatorum, de quibus est narracio in Chr. Jesu dom., cui« etc.

f. 172ª—179ª (anepigr.) Sermones aliquot (unus de novo sacerdote).

f. 179ª—183ᵇ Excerpta quaedam de vitiis et virtutibus.

f. 184ª—189ª Sermones tres de dignitate sacerdotum.

f. 189ᵇ—200ᵇ Sermones diversi (In fine: »Excerptum de Jacobino (= Jacobo de Voragine) de tempore«).

f. 200ᵇ—202ª Sermo de peccatis sacerdotum super »Sumite in vasis vestris«.

f. 203ª—209ᵇ (anepigr.) **Fabulae de animalibus moralisatae.** »Nisus semel rapuit columbam« X »Expliciunt naturalia bona. Ne scribam vanum, duc, pia virgo, manum.«

f. 209/ᵦ **Slovníček latinsko-český** (Zlomek obsahující písmena A—D).

f. 210ª—215ᵇ **»Prothemata de tempore.«** »Conversacio predicatoris« × »te a morte liberat.«

f. 216ª—217ª Sermo de assumtione b. virginis Mariae.

In operculo superiore annotati sunt »dies electi pro minucione sanguinis a. d. 1405 currente,« in inferiore vero **»Víra v trojí věc při svátosti božího těla.«** »Že trogi wiecz ma krziestian wierziti a wisnawaty« etc. Vetus sign. L, 6.

1691 *IX. B. 5.* (*Y. II. 2. n. 17.*)

chart. saec. XV ff. 195, 31 × 21 cm. d. m.

Guidonis de Columna Messanensis Historia Troiana.

f. 1ª »Incipit prologus . . . Licet cottidie vetera recentibus obruantur« × f. 195ª »Factum est autem presens opus a. 1287 eiusdem prime indiccionis Amen.«

Vetus sign. L, 34.

1692 *IX. B. 6.* (*Y. II. 2. n. 18.*)

chart. a. 1459 ff. 265, 31 × 21 cm. 1 m.

Bartholomaei de S. Concordio Summa Pisana.

f. 1ª »Prologus. Quoniam, ut ait Gregorius« × f. 265ª »Consummatum est hoc opus . . a. d. 1338 . . . scriptus autem est iste liber per manus **Procopii dicti Piber de Montibus Cuthnis** a. currente **1459** fer. V in cena domini . . . Religiose vir et domine Francisce quondam Wolsstyn orare deum dignare . . . pro scriptore.«

f. 265ª—265ᵇ Abbreviaturae in opere occurrentes. Ad calcem haec nota: »Nob. dom. Jaroslaus Plichta de Zirotin hunc librum propriis impensis pro . . . milite Wolsstayn quondam, nunc vero devoto ac religioso viro Francisco comparavit . . . qui cum fratribus suis pro dicto domino et prefato scriptore Procopio deum devote imploret.«

Ut docet nota in operculo super., liber a. 1467 »pertinebat ad locum Pragensem« fratrum minorum. Item annotandum, ad calcem f. 265ᵇ nomen suum subscripsisse fr. Christoforum de Maiori Glogovia a. 1478. Vetus sign. F, 8. Codicem recens. Schulte, Can. Hdsch. p. 33 & Balbinus B. d. III, 99.

1693 *IX. B. 7.* (*Y. II. 2. n. 19.*)

chart. saec. XV ff. 373 num., 31 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—72ᵇ **Johannis Gersonii Opuscula**: f. 1ª **de vita spirituali animae**, f. 32ª **de probatione spirituum**, f. 35ª **de revelationibus veris a falsis secernendis**, f. 42ª **de potestate ecclesiastica (cum arbore iuris et legum in fine)**, f. 50ᵇ **sermo de concubinariis presbyteris**, f. 64ᵇ **de discretione peccatorum mortalium et venialium.**

f. 73ª—115ᵇ **Quaestiones de sacramentis.** »Circa materiam de sacramentis in communi« × »pro eorum usu velit dare.«

f. 115ᵇ—181ᵇ **Sermones diversi** (de dedicatione, de visitatione, de conceptione, de purificatione, de annunciatione, de assumtione, de nativitate b. Mar., de s. spiritu, de trinitate, de s. angelis).

f. 182ª—221ᵇ **Tractatus de decalogo.** »Postquam vobis locutus sum« × »premio glorie eterne, ad quam« etc.

f. 222ᵃ—222ᵇ Quaestio, an male loqui de aliis in eorum absentia semper sit peccatum.

f. 223ᵃ—245ᵃ **Quaestiones de indulgentiis.** »Indulgencie cum iam gracia habundante« X »salus propria atque proximorum procuretur«.

f. 245ᵃ—271ᵇ **Tractatus de suffragiis.** »Sancta et salubris est cogitacio pro defunctis« X »tempore oportuno. Expl. tract. de suffragiis.«

f. 271ᵇ—278ᵇ Sermo de immortalitate animae et resurrectione mortuorum.

f. 279ᵃ—283ᵇ **(Henrici de Hassia) Speculum amatorum mundi.** »Videte quomodo caute ambuletis« X »precibus possideat« . . .

f. 284ᵃ—288ᵇ (anepigr.) **Guilelmi Filiastri Tractatus de reemptionibus.** »Fama referente non sinit ignorari« X »licet forte dura quibusdam videatur.« (De auctore cf. cod. 673 Berolin.)

f. 288ᵇ—305ᵇ (anepigr.) **Innocentii papae III Tractatus de miseria humana.** »Dom. patri carissimo Portuensi episcopo Lotarius« X »ignis ardens in sec. sec.«

f. 305ᵇ—316ᵇ (anepigr.) **Processus peccatoris contra daemonem coram deo.** »Processus presens partim supplicatorio partim iudiciatorio ordine compositus« X »contra iudicium reportasset.«

f. 317ᵃ—319ᵇ Quaestio circa plura dubia circa sigillum confessionis sacramentalis.

f. 319ᵇ—325ᵇ Quaestio utrum omnem excommunicatum quilibet homo fidelis vitare teneatur.

f. 326ᵃ—372ᵇ **Andreae de Escobar Hispani Lumen confessorum.** »Lumen confessorum vocatur hec doctrina« X »illa lux vera J. Chr.«

f. 372ᵇ—373ᵇ Quaestio utrum usura mortaliter culpabilis penes intentionem sit pure (principaliter?) mensurabilis (finis quaestionis huius desideratur).

In fol. praelig. non num. exaratus est **Gersonii Tractatus de modo vivendi fidelium quoad diversos status.** In operculo super. annotata est tabula contentorum. Vetus sign. P, 8. Codicem hunc minus accurate recens. Schulte, Can. Hdsch. p. 34.

1694 *IX. B. 8.* (*Y. II. 3. n. 20.*)

membran. saec. XIV in. ff. 111, 30 × 21 cm. d. m.

Fr. Alberti de Padua, eremit. S. August., Postillae evangeliorum dominicalium et maiorum festivitatum per circulum anni.

f. 1ᵃ »Prologus. Domine deus, ecce nescio loqui« X f. 111ᵃ »Explicit pustilla Mag. Alberti de Padua super ewangelia dominicalia et festivitatum maiorum.«

Operculo infer. adglut. est fragmentum actor. iudic. archiep. Prag. saec. XIV ex. (ed. Tadra, Soudní akta VII, 245). Saec. XV codex erat M. Procopii de Plzna, ut docet nota in fronte f. 1ᵃ. Vetus sign. E, 15.

1695 *IX. B. 9.* (*Y. I. 3. n. 21.*)

chart. saec. XV ff. 271 num., 30 × 22 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—82ᵇ (anepigr.) **Dictionarium theologicum in usum praedicatorum (= Mauritii Angli Distinctiones).** »Abstinencia. Duplex est abstinencia« X (vita eterna) »preparavit deus electis suis.«

f. 82^{b}—85^{a} »Incipiunt adaptaciones omnium sermonum (sic) in hoc libello contentorum, prout competunt sabbatis, dominicis et feriis tocius anni.«
f. 85^{a}—85^{b} Registrum alphabeticum dictionarii praecedentis.
f. 85^{b}—134^{a} **Hugonis (de S. Victore) Liber de praeparatione cordis.** »Preparate corda vestra« × »per eum habebunt. De prep. cordis Hugonis finis.«
f. 134^{a}—143^{a} (anepigr.) **Tractatus de octo beatitudinibus.** »Disposui testamentum electis meis« × »virtute calcans.«
f. 143^{a}—151^{a} (anepigr.) **Tractatus de tribulationibus.** »Da nobis domine auxilium« × »diligentibus se.«
f. 151^{a}—185^{b} **Fr. David de Augusta Formula de septem processibus religiosi.** »Profectus religiosi VII processibus distingwitur« × »Expl. formula fr. David de septem proc. rel.«
f. 186^{a}—204^{a} **Richardi de S. Victore Commentarius super visione Danielis.** »De triplici vicio mutabilitatis . . . Videbam in visione mea nocte« × »cum apparuerit gloria tua.«
f. 204^{a}—229^{a} **Anselmi Cantuariensis Liber de similitudinibus.** »Voluntas tripliciter intelligitur« × »in quantum volunt.«
f. 229^{a}—231^{a} **S. Augustini (?) Liber de b. latrone.** »Deus erat in Christo« × »dum veneris in regnum tuum. Amen.«
f. 231^{a}—234^{b} (anepigr.) **Dialogus de difficilioribus quibusdam locis sacrae scripturae.** »Queso te, ut percunctanti mihi« × »vitam videbunt.« (Fragmentum Elucidarii Honorii Augustodunensis ?)
f. 235^{a}—248^{a} **Innocentii papae III Liber de miseria condicionis humanae.** »Dom. patri kariss. P. Portuensi . . . Ruffino episc. Lotharius« × »Expl. Innocencius de mis. cond. hum.«
f. 249^{a}—270^{a} **Anselmi Cantuariensis Liber »Cur deus homo«.** »Opus subditum propter quosdam« × »non nobis attribuere debemus . . Expl. liber Anselmi finitus.«
f. 270^{b} »Septem distincciones generales libri Hugonis de preparacione cordis.«
f. 271^{b} »Circa fidem quatuor sunt inquirenda.«
Utrique operculo adligatae sunt membranae, quarum in altera annotati sunt latine et bohemice ii, qui prohibentur a communione (**Jména hříšníků a hříchů** vyd. Hanuš v M. Výb. str. 39.), in altera »**Epistola M. Johannis de Borotin Rokyczanae occulte scripta a. 1435**« (ex alio cod. edid. Höfler, Script. rer. hus. II, 832), et nota de sermone Leonis papae, »ubi ortum cepit communio unius speciei.«

1696 *IX. B. 10.* (*Y. III. 2. n. 22.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 263, 31 × 21 cm. 1 m.

(Guilelmi Peralti) Summa vitiorum.

f. 1^{a} »Distincciones capitulorum in summa viciorum« . . .
f. 6^{b} »Dicturi de singulis viciis« × f. 263^{a} »tacuisse non nunquam (sic). Explicit summa viciorum«.
Operculo super. adglutinatum est fragmentum actorum iudiciariorum archiep. Prag. saec. XIV—XV. In margine eiusdem fragmenti haec nota saec. XV occurrit: »Iste liber est dom. Petri Fabri de Praga olim Chwalonis in X gr. Mgro Symoni obligatus.«

1697 *IX. B. 11.*

chart. a. 1778.

Catalogus bibliothecae Kinskianae in c. r. bibliotheca univers. Prag. depositae a. 1778 elucubratus.

1698 *IX. B. 12.*

chart. saec. XIX in.

Catalocus librorum duplicatorum in bibliotheca c. r. univers. Prag. exstantium.

1699—1711 *IX. B. 13.—20.*

chart. a. 1779—1803.

Catalogi librorum c. r. bibliothecae univers. Pragensis:

IX. B. 13. iuridicorum A—R (3 vv) a. 1780 exarati.
IX. B. 14. medicorum A—Z (2 vv) a. 1780 exarati.
IX. B. 15. historicorum A—Z (2 vv) a. 1779 exarati.
IX. B. 16. polymathiae A—Z (2 vv) saec. XVIII ex. exarati.
IX. B. 17. philos., hist. natur., oeconomic., chymic. A—Z (1 v.) a. 1780 exarati.
IX. B. 18. histor. sacrae A—Z (1 v) saec. XVIII ex. exarati.
IX. B. 19. anglicorum et hispanicorum (auct. Car. Fischer A—Z (1 v.) a. 1802—3 exarati.
IX. B. 20 Bohemicorum (auctore Car. Tham) A—Ž (1 v.) a. 1783 exarati.

1712 *IX. C. 1.* (*Y. I. 3. n. 24.*)

chart. saec. XV ff. 309, 30·5 × 21 cm. d. m.

Bartholomaei Brixiensis Casus decretorum reformati.

f. 1ª »Quoniam suffragantibus antiquorum laboribus ... idcirco ego B. B. inter studentes Bononie minimus casus decretorum quondam a Benencasa compositos pro modulo sciencie mee duxi in melius reformandos« × f. 309ᵇ »audire a filio, quod ipse nesciat.«

Vetus sign. R, 35. Codicem recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 37.

1713 *IX. C. 2.* (*Y. I. 3. n. 25.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 167, 30·5 × 22 cm. 1 m.

Johannis Duns Scoti Quaestiones super II librum Sententiarum.

f. 1ª »Creacionem rex insinuans ... Postquam magister in primo libro determinavit de deo« × f. 165ᵇ »quantum ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia. Explicit secundus Scoti.«

f. 166ª—167ª Registrum libri.

In operculo super. rubricatum est: »Liber Mgri Johannis Elie.« Vetus sign. A, 9⁰.

1714 *IX. C. 3.* (*Y. I. 3. n. 26.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 344 num., 28 × 20 cm. d. m.

f. 1ᵃ—15ᵃ (anepigr.) Notae super evangelia per circulum anni.

f. 15ᵇ—21ᵇ **»Sacrum commercium s. Francisci cum domina paupertate.«** »Inter ceteras preclaras et precipuas virtutes« × »qui mortuus est pro nobis Chr., qui« etc. »Et sic est finis tocius operis domine paupertatis.«

f. 21ᵇ—29ᵇ **S. Bonaventurae Itinerarium mentis in deum.** »In principio primum principium« × »dicet omnis populus: fiat, fiat. Et sic est finis.«

f. 29ᵇ—68ᵃ **Eiusdem Breviloquium.** »Flecto genua mea« × »qui est trinus et unus« etc. »Expl. breviloquium fr. Bonaventure de Bagioregio de ord. fr. min.«

f. 68ᵇ—71ᵇ **Eiusdem Summula aurea de gradibus virtutum.** »Infimus gradus caritatis« × »eterna unione . . . Expl. summula aurea Bonaventure de gradibus virtutum.«

f. 71ᵇ—83ᵃ **M. Johannis Anglici Integumenta fabularum Ovidii Metamorphoseon cum commentario.** (Comment.:) »Mutaciones huius libri sunt hee« (Versus:) »Carminis maiori parcet« × »Expliciunt integumenta libri Metamorphoseos et cetera.«

f. 85ᵃ—106ᵇ **Eusebii Caesariensis Vita s. Silvestri papae.** »Prologus. Historiographus vester Eusebius« × »ad laudem et gloriam dom. J. Chr., cui« etc.

f. 107ᵃ—114ᵃ Sermones tres de dedicatione et notae variae.

f. 114ᵃ—115ᵃ B. Hieronymi Epistola ad Paulinum.

f. 115ᵃ—117ᵃ Excerpta et notae variae theologicae.

f. 117ᵃ—125ᵇ »Notabilia de vitis patrum« excerpta.

f. 125ᵇ—127ᵃ **S. Bernardi Claraevallensis Epistola ad canonicos Lugdunenses de conceptione s. Mariae.**

f. 127ᵃ—128ᵇ **Eiusdem Scala claustralium.** »Cum die quadam« × »trahebar invitus. Expl. scala cl. Bern.«

f. 129ᵃ—147ᵇ Sermones diversi patrum antiquorum.

f. 148ᵃ—170ᵃ **»Summa de discrecione confessionum.«** »Verbum dei vere est panis« × »ut pars eius sit in ligno vite.«

f. 174ᵃ—180ᵇ (anepigr.) **Commentarius in Catonis disticha moralia.** »Si deus est animus« × »limitis excessivum.«

f. 180ᵇ—185ᵃ **Ciceronis Paradoxa.** »Animadverti, Brute, Cathonem« × »pauperes existimandi sunt. Et sic est finis Tulii de paradoxis.«

f. 185ᵃ—187ᵇ **Alani ab Insulis »Anticlaudianus prosaicus minor«** (seu Compendium Anticlaudiani). »Magister quondam Alanus« × »duxit captivitatem. Explicit Anticlaudianus.«

f. 188ᵃ—201ᵃ »Notabilia bona valencia pro exortacionibus sermonum.«

f. 201ᵇ—208ᵇ **M. Matthaei de Cracovia Dialogus conscientiae et rationis de communione.** »Multorum tam clericorum« × »datum est nobis corpus Chr.«

f. 210ᵃ—212ᵇ **(Johannis de Jenstein) Dialogus hominis cum Christo.** »Usque quo clamabo« × »digitum superpono.« (Cf. Palacký, Ital. Reise p. 57.)

f. 212^b—225^a **Richardi archiep. Armaghani Propositiones et articuli contra ordines mendicantes a. 1357.** »Nolite iudicare« × »Completo Armicano« etc. (Ed. Orthuinus Gratius-Brown II, 466.)

f. 225^a—232^a Excerpta de Rationali Guilelmi Durandi.

f. 232^a—252^b **Excerpta** de b. virgine, ut notae marginales docent, magna ex parte **ex Arnesti Mariali.**

f. 258^a—270^b (anepigr.) **Commentarius in Aristotelis librum de regimine principum.** »Aristoteles in libro de morte et vita« × »vinum, lac, *similia comparantur. Et sic est finis.*«

f. 271^a—293^a **M. Matthaei de Cracovia Rationale divinorum operum.** »Venerando in Chr. patri Henrico episc. Warmiensi« × »recipere pietate. Expl. tractatus M. M. de Crac.«

f. 294^a—314^a »Incipit **Fulgentius Fabularum.** Dii, quos pagani deos esse asserendo venerantur« × »sicque reviviscunt. Explicit Fulgencius per me **Simonem de Rokyczana tunc rectorem scolarum in Tyn Horssow a. d. 1401** in vigil. s. trinitatis.«

f. 314^b—326^b **Fulgentii Mythologiarum libri tres.** »Quamvis inefficax petat studium« × »semper oblivionem importat.«

f. 326^b—328^b **Eiusdem Expositio sermonum antiquorum ad Calcidium.** »Ne de tuorum preceptorum« × »tua verba tam delenifica.«

f. 328^b—332^a **Eiusdem Expositio Virgilianae continentiae.** »Expetebat quidem, levitarum sanctissime« × »temporis volubilitatem. Explicit Fulgencius poetarum finitus in a. d. **1401.**« (Titulo hoc opuscula a f. 314^b—332^a comprehenduntur.)

f. 332^b—344^a **Ciceronis Liber de amicitia cum notis marginalibus et interlinearibus.** »Q. Mucius Augur Scevola« × »Expl. liber de amicicia Tulii M. Ciceronis.«

f. 344^a—344^b Versus XII sapientum (Basilii, Asmenii etc.).

In fol. operculo infer. adligato sunt variae notae (nomina aliqua in tumbis ss. 11.000 virginum in Colonia, de s. Salomone). De cod. cf. Balbinum Boh. d. III, 106. In cat. Rudnic. codex sign. L, 2 (Nationis).

1715 *IX. C. 4.* (*Y. I. 3. n. 27.*)

chart. saec. XIV ex., (pars a. 1389) ff. 196, 29·5 × 21 cm. 2 m.

f. 1^a—92^a **(Jacobi de Voragine) Sermones quadragesimales.** »Filia populi mei, induere cilicio . . . Quamvis solempnitas« × »Expliciunt sermones quadragesimales Milicii (sic, sed falso!) finiti in vigilia Bartholomei per **Wayeram de Olsa a. d. 1389.**«

f. 92^a—94^a Tabula sermonum alphabetica.

f. 95^a—163^b **Commentarius in canonicas Jacobi et Johannis.** »Quatuor sunt minima terre« × »ex parte mea nominando. Expliciunt epistole Jacobi et Johannis.«

f. 164^a—195^b (anepigr.) **Sermones de epistolis a sabbato sancto usque ad IV dom. post pascha.** »Si consurrexistis cum Christo« × »sit in terra vivencium, ad quam terram« etc. »Expliciunt epistole . . . per manus **Nicolai** de . . . (subscriptio haec radendo valde laesa est).

f. 195^b—196^b (alia manu) »Medicinalia contra siccam tussim, contra paralysin, contra reuma et flegma«.

Operculis adglutinata sunt membr. fragmenta cod. liturgici saec. XIV. Vetus sign. E, 10.

1716 *IX. C. 5.* (*Y. II. 3. n. 28.*)

membran. saec. XIII ff. 135, 29×19·5 cm. 1 m.

Veteris Testamenti libri: Esdras, Neemias, Tobias, Judith, Esther glossati.

f. 1ª (Praefatio s. Hieronymi:) »Utrum difficilius sit« . . .

f. 2ª »In anno primo Cyri regis« . . . (Glossa:) »B. Sicut cirus destructo caldeorum imperio« × »obelo id est veru prenotavimus. Explicit liber Hester.«

In fol. praeligato haec nota manu saec. XIII—XIV scripta occurrit: »Dom. Berka et sua Agnes« (?). Vetus sign. F, 15.

1717 *IX. C. 6.* (*Y. II. 3. n. 29.*)

membran. saec. X—XI ff. 153 num., 29·5×22 cm. 1 m. cum figur. calamo delin.

Boethii Quadrivium.

f. 1ª—46ᵇ **Arithmetica** incipiens a cap. 11 libri I. »De numero impariter pari« × f. 46ª »Huius descriptionis subter exemplar subiecimus.« Sequuntur figurae.

f. 47ª—55ᵇ **Geometria.** »Geometria est disciplina magnitudinis« × »propositum revertamus. Explicit liber arithmeticę artis« (sic).

f. 55ᵇ—63ᵇ »Incipit liber geometrię artis de figuris. Principium mensurę punctum vocatur« × »subterius figura continet.« (Est **Euclidis Geometria a Boethio translata.**)

f. 64ª—135ᵇ **Musica.** »Omnium quidem percęptio sensuum« × »ut in diatonicis generibus nusquam una.«

f. 136ª—153ᵇ **Astronomia.** »Arati ea quę videntur« × »opinabantur victoriam.« Sequuntur versus: »Bissex signifere numerantur sydera sperę.«

Codicem recens. Hanslik p. 603. In marginibus passim occurrunt notae diversis manibus recentioris aetatis inscriptae. Vetus sign. X, 1.

1718 *IX. C. 7.* (*Y. II. 3. n. 30.*)

chart. saec. XV ff. 196 num., 29×20·5 cm. 3 m.

f. 1ª—34ᵇ **(Henrici de Hassia) Tractatus de meditatione mortis seu de quatuor novissimis.** »Memorare novissima« × »ac pro novissima (sic) providerent.«

f. 36ª—37ᵇ **Oratio de b. virgine ostendes hebdomadas et literas dominicales per circulum anni** »finita a. 1432 fer. IV in festo Dorothee.«

f. 38ª—38ᵇ **Origo ordinis Carthusiensis.**

f. 39ª—43ᵇ »Sermo de vanitate seculi. Videte, quomodo caute ambuletis.« **(M. Henrici de Hassia Speculum amatorum mundi.)**

f. 44ª—79ᵇ **(Johannis Gersonii) Liber de consolatione theologiae.** »Quoniam secundum apostolum« × »puros celestis aula suscipiet« . . .

f. 80ª—93ᵇ **(Nicolai de Clemangis) Opusculum de ruina ecclesiae tempore schismatis editum.** »Quisquis varios gemitus« × »usque ad consummacionem seculi.« (Initium discrepat cum edito apud Hardt I, 3, 1.)

f. 94ª—100ᵇ **Eiusdem »Sermo sive epistola de filio prodigo.** Audite, o penitentes« ╳ »perierat et inventus est.«

f. 101ª—157ª **Andreae Didaci (de Escobar) Hispani Lumen confessorum.** »Lumen confessorum vocatur hec doctrina« ╳ »Expl. tractatus de doctrina, que vocatur L. c. editus« etc. ut supra.

f. 157ª—157ᵇ »Sequitur iuramentum minorum penitenciariorum Romane curie tempore Eugenii pape IV. qui . . providit de certa summa flor. pro certo tempore ipsis minoribus penitenciariis.«

f. 157ᵇ—160ᵇ **Andreae Hispani Confessio generalis.** »Quoniam omni confitenti« ╳ »modus operacionis« Sequitur »Oracio pro confitente.«

f. 161ª—169ᵇ **Johannis (Stojković) de Ragusio Sermo a. 1433 dom. prima adventus in palatio apostolico Romae habitus.** »Hora est iam nos de sompno surgere« ╳ »Expl. sermo fr. J. de R. procuratoris predicatorum in curia Rom.« etc.

f. 170ª—173ᵇ »**Proposicio cuiusdam contra communionem utriusque speciei ad vulgus.** In nom. J. Chr. Salva semper determinacione« ╳ »humiliter submitto.«

f. 174ª—175ᵇ **Articuli et salvusconductus conclusi a. 1432 Mai die XVIII in oppido Egrensi inter nuncios et ambasiatores concilii Basiliensis et oratores regni Bohemiae.** (edit. Monum. concil. I, 219).

f. 175ᵇ »Credencia ad concilium« data Pragae 10. jul. 1433 (sic).

f. 176ª—196ᵇ (binis columnis — anepigr.) **Summaria et casus glossae ordinariae tit. 29—39 primi libri decretalium Gregorii IX.** »Quia quesitum est . . . Hoc dicit in Summa delegatus pape« ╳ »nec repelluntur propter hoc.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis liturgici saec. XV. Vetus sign. A, 45.

1719 *IX. C. 8.* (*Y. II. 2. n. 31.*)

chart. saec. XIV ff. 210, 29×21 cm. d. m.

Epistolae ss. Hieronymi et Augustini mutuae nec non aliorum, quibus accedunt controversiae Rufini et Hieronymi.

(Titulus in operculo super.: »Pars epistolarum Jeronimi et quedam Augustini«.) Exemplar in fine mancum.

Operculis adglutinata sunt fragmenta membr. libri liturgici saec. XIII—XIV. Vetus sign. B, 7.

1720 *IX. C. 9.* (*Y. I. 3. n. 32.*)

chart. a. 1382—85 ff. 203, 29·5×21 cm. d. m.

f. 1ª—10ᵇ Initium Geneseos usque ad cap. XIII.

f. 11ª—25ᵇ **Isidori Hispalensis Liber prooemiorum sacrae scripturae.** »In Chr. nom. inc. liber prohemiorum . . . de libr. novi ac vet. test. plenitudine« ╳ »Expl. libellus prohemiorum biblie vener. Isydori episc.« Sequuntur versus de nequitia mundi: »Nummus fit iudex« etc.

f. 26ª—95ᵇ (anepigr.) **Guilelmi Britonis Expositio prologorum bibliae.** »Partibus expositis« ╳ »ecclesie generalis. Et sic est finis huius operis a. d. **1382** in vigil. s. Laurencii.«

f. 96ª—203ᵇ »**Aurelius (Aureolus) super biblia**« (= **Henrici de Hassia Conspectus totius bibliorum canonis**). »Venite, ascendamus ad montem« × »Explicit liber, qui intytulatur Aurelius per manus **Jacobi de Poeschelyn** sub a. d. **1385** in vigil. s. Viti.«

Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. codicis liturgici saec. XII. Vetus sign. A, 23.

1721 *IX. C. 10.* (*Y. I. 3. n. 33.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 195, 29·5×22 cm. d. m.

f. 1—18ᵇ (anepigr.) Notae variae theologicae.

f. 18ª—130ᵇ (anepigr.) **Commentarius in epistolas s. Pauli.** »In Achaya provincia Grecorum« × »sicud et relique. Et sic est finis istius libri. Deus prospiciat de alio.«

f. 131ª—164ᵇ (anepigr.) **Nicolai de Lira Commentarius alter in easdem.** »Ecce descripsi eam tibi tripliciter« × »quia divina natura non est multiplicabilis. Ciratria« (?) Finis deest folio sequente vacuo.

f. 165ª—179ª **S. Augustini »Soliloquia«** (= **Confessiones**) »Cognoscebam (sic) te domine cognitorem meum« × »canos meos.«

f. 179ª—184ª **Eiusdem »Speculum«** (= **Manuale**). »Quoniam in medio laqueorum« × »occupacione delectari. Expl. speculum s. Aug.«

f. 184ª—185ᵇ Virtutes psalmorum. »Nullus mortalium« × »refugium tu factus es nobis.«

f. 186ª Notae variae (de interpretibus bibliorum).

f. 186ª **XX Errores Waldensium.**

f. 187ª—192ᵇ **Symbolum Lateranense** »Firmiter credimus« **cum expositione marginali.**

f. 193ª—194ᵇ **Expositio orationis dominicae.** »Pater noster . . . Ecce karissimi singulis fere diebus« × »fervor interne dileccionis.«

f. 194ᵇ—195ᵇ Sermo de dedicatioee.

Ut monogramma operculo super. cultro incisum docet, codex saec. XV erat M. Procopii Plznensis. Vetus sign. E, 32.

1722 *IX. C. 11.*

chart. a. 1777.

(Catalogus) »Elenchus librorum **bibliothecae** clericorum regularium« **(Theatinorum Pragensium),** »quos studiorum emolumento novo ordine aptari voluit . . . Joannes Stampah praepositus S. Mariae de Divina Providentia Pragae a. **1777.**«

1723—1725 *IX. C. 12. a, b, c.*

chart. a. 1780.

Catalogi librorum bibliothecae conventus s. Wenceslai Neo-Pragae ord. eremit. discalc. s. Augustini, quorum duo sunt repertoria localia, tertius alphabeticus universalis conscriptus a. 1780.

1726 *IX. C. 13.*

chart. a. 1738 scribi coeptus.

Repertorium archivi canoniae Carloviensis Neo-Pragae constructum a. 1738 per Josephum Wenceslaum Poklop archivarium (et recentioribus manibus continuatum).

1727 *IX. C. 14.*

chart. saec. XVIII.

Catalogus bibliothecae conventus s. Michaelis ord. fr. servorum b. M. virg. Vetero-Pragae.

1728 *IX. C. 15.*

chart. saec. XVIII.

Catalogus alphabeticus bibliothecae quondam Domus Professae S. J. ad s. Nicolaum Pragae Minoris.

Tituli librorum bohemicorum alia manu exarati sunt in schedulis, singulis foliis adglutinatis.

1729—1737 *IX. C. 16—24.*

chart. a. 1779—81.

Catalogi librorum c. r. bibliothecae universitatis Pragensis:

IX. C. 16	**geographicorum et chronologicorum**	**a. 1779**
IX. C. 17	**physicorum (carens signaturis)**	**saec. XVIII ex.**
IX. C. 18.	**archaeologicorum**	**a. 1779**
IX. C. 19.	**ecclesiastico-iuridicorum**	**a. 1780**
IX. C. 20.	**bibliorum**	**saec. XVIII ex.**
IX. C. 21.	**patristicorum et synodicorum**	**a. 1779**
IX. C. 22.	**hermeneuticorum**	**a. 1779**
IX. C. 23.	**scholasticorum (dogmaticorum)**	**a. 1779**
IX. C. 24.	**ethicorum**	**a. 1781**

1738 *IX. C. 25.*

chart. saec. XVIII pp. 234 num., 36×22 cm. d. m.

Diarium domesticum conventus Capucinorum Hradištensis ab a. 1737 usque ad a. 1782 praecedentibus notis quibusdam ad a. 1625 et 1626 et Neo-Boleslaviam spectantibus.

Librum hunc aboliti monasterii Hradištensis demum a. 1868 c. r. gubernium regni Bohemiae bibliothecae nostrae tradidit.

1739 *IX. D. 1.* (*Y. I. 3. n. 34.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 211, 30·5×21 cm. d. m.

Isidori Hispalensis Etymologiarum libri XXVIII.

f. 1ª »Incipit epistola prima ad Braulionem . . . Domino meo et dei servo Braulioni episcopo Isidorus« × f. 208ᵇ »ut vis morbi ignis ardore siccetur. Expl. Ysidorus.«

f. 209ᵃ—211ᵇ **Tractatus de vitiis et virtutibus**. »Qui viciorum furias virtutum opposicione« × »quid ex quo fonte procedat ostenditur. Expl. libellus de superbia et humilitate earumque radice.«

Ad tractatulum hunc spectare videntur arbores vitiorum et virtutum in duobus foliis operculo super. adligatis delineatae. In operculo super. haec nota occurrit: »A. d. 1425 obiit Jacobus Ortulanus de Tynecz, pater Sigismundi baccal. arcium et medici, collegiati collegii Regine« . . . Vetus sign. libr. Nationis concord. cum cat. Rudnic. D, 9.

1740 *IX. D. 2.* (*Y. I. 3. n. 35.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 204 num., 31 × 21·5 cm. 2 m.

f. 1ᵃ—164ᵃ **Roberti episc Lincolniensis Dicta 147.** »Amor multipliciter videtur dici« × »cognicionem iusticie et misericordie.«

f. 164ᵃ—165ᵇ Registrum operis praecedentis, in cuius fine: »In hoc libello sunt capitola 147, quorum quedam sunt brevia verba« × »ad populum feci.«

f. 165ᵃ/ᵦ—204ᵃ (per extensum) **Testamenti Veteris libri: Proverbia, Ecclesiastes, Daniel 1—11, 13.**

Operculo infer. adglutinatum est fragmentum chart. codicis cuiusdam saec. XV, quo continetur pars tractatus pro communione sub utraque specie adversus doctorem quendam. Vetus sign. J, 43.

1741 *IX. D. 3.* (*Y. I. 3. n. 36.*)

chart. a. 1417 ff. 175, 31 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

f. 1ᵃ—54ᵃ **Isidori Hispalensis De summo bono libri IV.** (Post registrum) »Summum bonum deus est« × »Explicit liber quartus de summo bono Isidori per **Gallum dictum Jatka de Luna** servitorem dom. Andree de Glatovia notarii minorum tabularum terre regni Boemie a. d. **1417** fer. VI ante festum s. Laurencii.«

f. 54ᵃ—55ᵃ **Visio cuiusdam fratris e corpore educti.**

f. 55ᵇ—68ᵇ **S. Augustini Liber de fide ad Petrum.** »Epistolam, fili Petre, tue caritatis accepi« × »deus revelavit. Expl. liber b. A. de fide ad P.«

f. 69ᵃ—174ᵃ **Gregorii papae I Homiliae XL.** × »Expliciunt omelie dulcissimi Gregorii pape . . . finite per manus **Galli dicti Jatka**« etc. ut supra.

f. 174ᵇ—175ᵃ Notae de vitiis et eorundem filiabus.

1742 *IX. D. 4.* (*Y. I. 4. n. 36.*)

chart. saec. XV (pars a. 1403) ff. 146 num., 29·5 × 21·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—102ᵇ **(Guilelmi Peralti) Summa virtutum et vitiorum.** »Si separaveris preciosum a vili« (incip. vitia) »Dicturi de singulis viciis« × »tacere vero nunquam. Explicit summa virtutum et viciorum in vigil. nativit. s. Marie a. d. **1403.**«

f. 103ᵃ—107ᵃ (anepigr.) Moralitates.

f. 107ᵇ—108ᵇ »Registrum super Auctoritates, que retro in 2 sexternis (= f. 124ᵃ—144ᵃ) continentur.«

f. 109ᵃ—118ᵇ (anepigr.) **Tractatus de pugna vitiorum et virtutum.** »Qui vicerit, faciam eum sedere« × »serpentem i. e. dyabolum.»

f. 119ᵃ—123ᵃ Sermones ss. Bernardi, Bedae, Ambrosii, Hieronymi super »Missus est.«

f. 123ᵃ—123ᵇ »Inhibiciones a communione in parasceve.«

f. 124ᵃ—144ᵃ **Auctoritates de diversis rebus theologicis.** (f. 131ᵇ u. ad 133ᵃ insertum est »**Penitencionale** (sic) **Hugonis**« incip.: »Sacerdotibus semper sathagendum est«) × »Expliciunt auctoritates valde bone et multum amabiles et utiles omnibus.«

f. 144ᵃ—146ᵃ »Tabula super summam virtutum et viciorum« f. 1ᵃ—102ᵇ.

Saec. XV codex erat cuiusdam plebani in Michalovic. Nomen eius et alius possessoris deletum est. Vetus sign. F, 10.

1743 *IX. D. 5.* (*Y. II. 2. n. 37.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 345 num., 29·5 × 22 cm. d. m.

f. 1ᵃ—177ᵇ **Sermones dominicales per circulum anni auctore quodam fratre ord. Cisterciensis.** »Cum appropinquasset . . . Hec via domini et salvatoris nostri humilis est valde« × »inmorari possimus.« Praecedit registrum et prologus auctoris in fol. non numerato.

f. 178ᵃ—307ᵃ »**Homilie Alquini**« (**Albini Flacci Alcuini**). »In illo temp. ductus est Jesus in desertum . . . Exposito namque baptismate« × »per gloriam in futuro« etc.

f. 307ᵃ—330ᵇ **Milicii Prothemata per quadragesimam.** »Receperunt mercedem suam . . . Omnes, qui nunc in carnisprivio« × »Expliciunt prothemata Mgri Milicii collecta Prage optima per totam quadragesimam secundum modum curiensem.«

f. 331ᵃ—345ᵇ (anepigr.) **Martyrologium a mense Januario usque ad Junium.**

1744 *IX. D. 6.* (*Y. I. 3. n. 38.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 252, 30·5 × 21·5 cm. 1 m.

Floretus seu Floretum (**Dictionarium theologicum** a voce »absolutio« usque ad vocem »zizania«).

f. 1ᵃ »Absolucio. Dom. noster J. Chr. dixit b. Petro« × f. 244ᵇ »sinite utraque crescere usque ad messem, dicit dom. noster J. Chr. Amen.«

f. 245ᵃ—250ᵃ Tabula rerum alphabetica.

f. 250ᵃ—252ᵇ Notae theologicae variae, quae in operculis continuantur.

1745 *IX. D. 7.* (*Y. I. 3. n. 41.*)

chart. a. 1400 ff. 314, 31 × 21·5 cm. d. m.

Alphabetum aureum. Pars III exhibens literas T—Z.

f. 1ᵃ »Litera decima nona. Tronus VII modis in bono. Thronus dei, thronus Christi« × f. 314ᵇ (vox zyzania) »de festis per circulum anni. Explicit Liber aurei alphabeti in Crumplow a. d. **1400** . . . 27 Marcii« . . .

Partem II eiusdem operis v: V. D. 12 (prima pars desideratur). Sign. libr. Nationis C. 17 (= cat. Rudn. p. 112). Donator: Paulus de Slavíkovic (cf. Campani Calend.).

1746 *IX. D. 8.* (*Y. I. 3. n. 42.*)

chart. saec. XV (pars a. 1463) ff. 185, 31·5×21 cm. d. m., cum init. pict.

f. 1ª—92ᵇ **Petri Lombardi Sententiarum liber IV.** »Samaritanus enim wlnerato« × »Expl. quartus liber Sent. in die decollac. s. Joh. B. a. **1463.**«

f. 93ª—185ᵇ (anepigr.) **Testamenti Veteris libri: Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientiae, Ecclesiasticus** (usque ad cap. XXV, 24) **cum expositione marginali et interlineari.**

1747 *IX. D. 9.* (*Y. II. 2. n. 43.*)

chart. a. 1410 ff. 304, 30·5×21·5 cm. 1 m.

S. Hieronymi Commentarius in Isaiam prophetam.

f. 1ª »Incipit prologus . . . Expletis longo vix tempore in duodecim prophetas viginti explanacionum libris« × f. 304ᵇ »et mitem clementis esse sentenciam iudicis. Explicit sub a. d. **1410.**«

Nota in fronte f. 1ª: »Liber fratris Jehlini, in quo continentur XVIII libri super Ysaiam prophetam, quem monasterio reliquit.« Vetus sign. C, 14.

1748 *IX. D. 10.* (*Y. I. 3. n. 45.*)

chart. saec. XV (pars a. 1444) ff. 333, 30·5×21·5 cm. 3 m.

f. 1ª—78ᵇ **Johannis Hoffman, episc. Misnensis, Tractatus de sacramento eucharistiae adversus communionem sub utraque.** »Debemus nos invicem diligere« × »qui ibi habitant et diligunt in s. s. . . . (rubr.:) A. d. **1444** finitus est tractatus ille per me **Johannem Schorner de Czwickavia.**«

f. 80ª—108ª **Johannis de Palomar Replica contra M. Petrum Anglicum in concilio Basiliensi de possessione clericorum** (Collectio reg. max. VIII p. 1909 sq.).

f. 109ª—180ª **Johannis de Ragusio Replica contra M. Johannem de Rokyczan de communione sub utraque.** (7. febr. 1433. Ibidem p. 1655 sq.).

f. 181ª—333ᵇ **Alia eiusdem »Replicacio contra Hussitas.«** »Reverendissimi etc. Ad replicas M. Johannis de Rokyczana . . . facturus responsionem« × »pro se allegant ecclesiam primitivam.« (Nota ad calcem: »Tercia pars deficit«.) In fronte f. 181ª nota: »fer. V ante palmarum« (= 2 apr. 1433).

1749 *IX. D. 11.*

chart. a. 1756.

Catalogus ss. patrum et aliorum interpretum sacrae scripturae extantium in bibliotheca maiori collegii S. J. Clementini confectus a. 1756.

1750—1752 *IX. D. 12. a, b, c.*

chart. saec. XVIII.

Catalogus realis bibliothecae S. J. Clementinae, constans 2 volum., **cum indice alphabetico.**

1753 *IX. D. 13.*

chart. saec. XVIII.

Catalogus librorum cuiusdam bibliothecae (S. J. Clementinae?) maxima ex parte secundum **linguas digestus.**

1754 *IX. D. 14.*

chart. a. 1785.

Catalogus librorum bibliothecae conventus Praedicatorum Budvicensis. (Copia originalis a. **1785** vidimata.)

1755 *IX. D. 15.*

chart. a. 1712—1727.

Liber expensorum a. 1712—1727 in dominio S. J. Tuchoměřicensi.

Codicem hunc a. 1880 Car. lib. baro Gfeller de Sachsengrun bibliothecae nostrae donavit.

1756 *IX. D. 16.*

chart. a. 1703—1708.

Liber expensorum a. 1703—1708 in dominio S. J. Tuchoměřicensi.

Codicem hunc a. 1880 Car. liber baro Gfeller de Sachsengrun bibliothecae nostrae donavit.

1757 *IX. E. 1.* (Y. III. 1. n. 22.)

chart. saec. XV (pars a. 1430) ff. 222 num., 22×15·5 cm. d. m.

f. 1ª—47ª **S. Cypriani Epistolae quaedam.** »Incipit ad martires et confessores« × (de ecclesiae unitate) »Christo dominante regnabimus. Explicit.«

f. 47ᵇ—50ᵇ **(Pseudo- Clementis) »Canones apostolorum per Petrum Prutenum de Grecia apportati.«**

f. 50ᵇ—51ᵇ **S. Hieronymi Epistola ad Paulinum.** »Obsecro te Pauline« × »laus vero bonorum sit.«

f. 51ᵇ—52ª »Hec Augustinus in epistola ista ad Cyrillum de recommendacione Jeronimi.«

f. 52ª—52ᵇ »Epistola b. Ambrosii de moribus et honesta vita.« »Dilecte fili, dilige lacrimas« etc.

f. 52ᵇ—55ª **(Pseudo-) »Dionysius de passione apostolorum Petri et Pauli ad Timotheum.«** »Saluto te, divini discipulum« × »qui fuit servus et apostolus J. Chr.« etc.

f. 55ª—58ᵇ **Clementis Romani Epistola ad Jacobum** (subditicia). »Clemens Jacobo dom. et episcopo« X »Clementis itinerarium predicacionis Petri . . et nunc exponere iam que precepit incipiam.«

f. 58ᵇ—154ª **Eiusdem liber recognitionum** (subditicius) **cum prologo Rufini**. (Prol.:) »Tibi quidem, papa Gaudenti« (textus:) »Ego Clemens in urbe Romana natus« X »quam apostolo exhiberent. Finis libri recognicionum fer. IV ante fest. spir. s. a. **1430.**«

f. 154ª—159ª **M. Johannis Hus Tractatus de sacramento corporis et sanguinis Chr.** scriptus in carcere (Edit. Norimb. 1558 I, 38).

f. 159ª—159ᵇ **Eiusdem Tractatus de peccato mortali** scriptus ibidem (Ibidem p. 32).

f. 160ª—194ª **M. Johannis de Rokyczana** »**Collecta VII sacramentorum**«. »Ad Christi Jesu dom. nostri laudem et honorem« X »nec a peyore fit sacramentum peyus. Et tantum protunc de quinque sacramentis, de reliquis autem duobus in posterum dicetur.« (Edid. Cochlaeus, Hist. Hus. p. 245—500; cf. Věstník C. A. 1900 p. 413).

f. 195ª—196ᵇ **M. Johannis Hus Tractatus de matrimonio.** (Edit. Norimb. I. 33.)

f. 196ᵇ—199ª **Eiusdem Tractatus de mandatis dei et oratione dominica.** (Ibidem p. 29 sq.)

f. 200ª—221ª (binis col. — anepigr.) **Vocabularius latinus, quo voces rariores, imprimis graecae et hebraicae exponuntur.** »Abba interpretatur pater« X »ymom vel ymon grece interpretatur cervix vel caput latine et dicitur Christus, quia ipse est caput omnium fidelium suorum. Amen Myly Kriste.«

f. 221ᵇ—222ª **Slovníček latinsko-český (sloves zvlášť deponentních).** »Scrutor ptamsye X decumbo spoleham«.

Operculo super. adligatum est fragm. membr. codicis grammatici »finiti a. 1403«, inferiori fragmentum membr. cuiusdam comment. saec. XIV. Vetus sign. B, 39.

1758 *IX. E. 2.* (*Y. III. 1. n. 45.*)

chart. saec. XV ff. 282 num., 21·5×15 cm. d. m.

f. 1ª—68ᵇ »**Excerpta super Mattheo b. Johannis Chrysostomi de opere imperfecto.**«

f. 69ª—70ᵇ Excerpta alia ex opere eodem.

f. 71ª—83ᵇ **M. Mathiae Parisiensis (de Janow) Tractatus super passione Christi.** »Ecce Judas venit cum cohorte« X »qui constitutus a deo primis parentibus fuerat.«

f. 84ª—91ᵇ **S. Bernardi Claraevallensis Liber de contemplatione passionis Chr.** »Adoramus te domine« X »convertenciam ad te. Expl.« etc. ut supra.

f. 92ª—101ᵇ **S. Johannis Chrysostomi Epistolae quinque.**

f. 101/b—101/c **Epistolae S. Ignatii ad S. Johannem evang. et ad s. Mariam virg.** (subditiciae).

f. 102ª—113ᵇ »**Excerpta de dialogo** (de sacerdotio) **Chrysostomi.**«

f. 114ª—155ª **Bedae venerabilis Expositio Actuum apostolorum.** »Dom. in Chr. desid. . . . Accari episcopo« X »cursum consummavi, fidem servavi.«

f. 155b—180a **Eiusdem Retractationes in expositionem Actuum apostolorum.** »Scimus eximium doctorem« × »virtute habere gravidam. Amen.«

f. 180b—184b (anepigr.) Expositio nominum geographicorum in Actibus apost. occurrentium.

f. 184b—189a Notae theologicae variae.

f. 190a—282a **Excerpta varia ex operibus s. Augustini.**

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. cod. philosophici saec. XIV in. Eidem operculo intrinsecus inscriptum est manu coaeva registrum contentorum, quod tamen barbarus quidam cultro valde laesit. Vetus sign. A, XI.

1759 *IX. E. 3.* (*Y. III. 1. n. 53.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 176, 21·5×16 cm. 1 m.

(anepigr.) **M. Johannis Wiclif Tractatus de propositionibus hypotheticis.**

f. 1 »Sequitur de speciebus yppoteticarum, ut prius promiseram in isto tractatu 3° pertractandum« × f. 176a »finem tocius operis quiecius inponendo. Et sic est finis huius de yppoteticis.«

Tractatus hic per omnia concordat cum illo, qui cod. V. E. 14 f. 33 sq. legitur.

1760 *IX. E. 4.* (*Y. III. 1. n. 54.*)

chart. saec. XV ff. 268, 22×14·5 cm. d. m.

f. 1a—20a »**Ars dictandi**« (**Rhetorica**). »Quia, ut Seneca est testis, omnis sermo est agrestis . . . ideo rethorice facultatis rudimenta . . . decrevi declarare« × »unde Tullius in sua retorica dicit: Cuius« (finis deest sequentibus foliis vacuis).

f. 21b—58a **Summa dictaminis cum prologo Mag. Laurentii de Aquileia,** »quam idem magister compilavit iuxta stilum curie Romane et consuetudinem modernorum«. (Nota post prologum: »Quamvis hunc tractatum prefatus mag. Laurencius non compilavit, autor tamen illius predictum magistrum quasi in omnibus sequebatur«.) (Prologus:) »Noviciorum studia« (Summa:) »Queramus domino regi adolescentulam« × »hic gradus nostri opusculi configatur. Amen.«

f. 59a—90b (anepigr.) **Rhetorica.** »Ad laudem et gloriam dei omnipotentis« × »Ideo de illorum viciorum replicacione supersedere dignum duximus pro presenti.«

f. 91a—113a (anepigr.) **Rhetorica cum multis epistolarum speciminibus.** »Circa inicium huius laboris« × »complacenciam monstrabitis et amorem. Et sic est finis huius opusculi.«

f. 114a—197b (anepigr.) **Formularius epistolarum cum expositione rhetoricali.** »Sic auctor ponit primam formam in ordine huius libri totalis« × »statim vos meis literis informabo. Et sic est finis huius operis.«

f. 198a—220b **Exercitium rhetoricae.** »Epistola est literalis allocucio« × »Explicit exercicium rethorice etc.«

f. 221a—228a »**Practica rhetoricalis**« (Formulae epistolarum). »Filius ad patrem pro subsidio porrigendo« × »volumus ordinari. Et sic est finis huius practice rethoricalis.«

f. 228^b—237^a (anepigr.) **Tractatus de privilegiis cum formulis privilegiorum et aliarum literarum publicarum.** »Nunc de privilegiis est disserendum« × »Scriptum in B super Albea a. d. 1432.«

f. 238^a—242^b (anepigr.) **Formulae quietantiarum.**

f. 242^b—256^b (anepigr.) **Formulae credentiarum et salviconductus per omnia res bohemicas saec. XV concernentes.**

f. 257^a—268^a (quinis columnis) **»Alteraciones verbales« (Synonyma alphabetice digesta).** »Audax, temerarius, animosus« × »vendere, vendicare . . . mercionare. Expliciunt alteraciones verbales.«

Epistolae diversis opusculis huius codicis insertae fere omnes spectant ad res bohemicas saec. XIV et XV. Operculis adglutinata sunt fragmenta membr. codicis saec. XII—XIII, quo evangelium apocryphum de nativitate s. Mariae virg. continebatur. Vetus sign. X, 5.

1761 *IX. E. 5.* (*Y. III. 1. n 14.*)

chart. saec. XV ff. 119, 22 × 14·5 cm. 2 m.

f. 1^a—28^b (initium deest) **Excerpta ex homiliis super Pentateucho.**

f. 29^a—49^a (anepigr.) **Notae super prophetas Oseam, Amos, Abdiam, Michaeam, Nahum, Habacuc collectae adversus haereticos.**

f. $49/^{ba}$—95^b (inscriptio mutilata) **M. Johannis de Příbram Tractatus de eucharistia contra Nicolaum de Pelhřimov episcopum Taboritarum.** »Surge domine et dissipentur inimici tui« × »si non retrocesseris, Picardus veraciter esse comprobaris«. Sequuntur versus: »Parce deus verbis« × »rectissima penna Johannis« (alia manus coaeva addit: »Przibram«). Cf. Věstník Č. A. 1900 p. 414.

f. 96^a—119^b (anepigr.) **Eiusdem vel M. Procopii de Plzna Tractatus de transsubstantiatione colligens dicta s. doctorum de eadem materia.** »Quia plerique in hiis infaustis nostris diebus« × (dictum Joh. Hus) »Et idem respondet contra Benessium dicens, quod mentitur in simili scilicet« (cetera desunt).

1762 *IX. E. 6.* (*Y. I. 1. n. 33.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 96, 22 × 15·5 cm. 1 m.

(anepigr.) **Johannis Wiclif Tractatus de intellectione, scientia et volitione dei (Summae intellectualium liber II).**

f. 1^a »Illorum, que insunt deo communiter« × f. 96^a »propter horrorem blasphemie dixit: benedic domino et morere.«

Cf. Shirley, Catalogue p. 3.

1763 *IX. E. 7.*

chart. saec. XV ff. 94 num., 22 × 16 cm. d. m.

Dictionarium theologicum continens auctoritates s. doctorum in usum praedicatorum.

f. 1^a (duo fol. init. exciderunt) »De amore carnali V cap. Amare se est amare latronem« × f. 89^a (de vita aeterna) »que preparavit deus electis suis, ad que nos perducere dignetur« etc.

f. 89^a—92^a »Adaptaciones omnium sanctorum in hoc libro continencium (sic) prout competunt dominicis diebus et feriis et de sanctis tocius anni.«

f. 92^b—94^b Sermo super »Praeteriens Jesus vidit hom. coecum.«

1764 *IX. E. 8.* (*Y. III. 1. n. 63.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 61, 22·5 × 15 cm. d. m.

f. 1^a—30^b **(Thomae de Aquino) Tractatus de corpore Christi.** »De sacrosancto corpore dom. . . . . Venite comedite . . . In verbis hiis invitat nos« × »considerabo mirabilia tua, domine. Explicit liber sermonum de corpore Chr.«

f. 30^b—36^b Notae variae theologicae et preces.

f. 37^a—61^b **(Bedae Venerabilis? Defensoris monachi?) »Scintillarius«.** (Post indicem prologus:) »Cum ocia sint vicia« (cap. I de vita hominis) »Dominus dicit in ewangelio: Qui manducat me« × »pervehit ad superna. Qui me scribebat, **Hermannus** nomen habebat. Explicit liber scintillarii per manus et non per pedes.« Manu paulo recentiori inscriptus est a. 1426.

Vetus sign. K, 74.

1765 *IX. E. 9.* (*Y. III. 1. n. 55.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 88, 22 × 15 cm. 1 m.

f. 1^a (codice mutilo) »Expliciunt dicta Hermetis.«

f. 1^a—11^b »**Turba philosophorum.**« »Cum turba philosophorum plurima« × »super mundi circulos exaltari. Et hec sufficiant. Expl. liber turbe de arte divina.«

f. 11^b—14^a »**Allegorie super Turba philosophorum.**« »Accipe hominem veterem« × »senes et pueri nos deriderent.«

f. 14^a—14^b Notae alchimisticae.

f. 14^b—21^a **Rhasis Liber de exordio seminum (seu Ovum philosophorum).** »Sicut dicit Hermes« × »lares proprios inhabitare recusat. Explicit ovum philosophorum.«

f. 21^a—28^b »**Liber luminum.**« »Cum de sublimiori itaque principio« × »mutat sentenciam.«

f. 29^a—37^b »**Mag. Saphiri Dicta super artem divinam.**« »Liber maiorum operum« × »Expl. dicta« etc. ut supra.

f. 37^b—40^a »**Tractatus colorum.**« »De colorum diversitate« × »liquefac ad ignem et fit plumbum.«

f. 40^a—58^b »**Rosarius.**« »Incipit quidam liber Rosarius appellatus . . . Rosarius philosophorum« × »quamvis intelligentibus sint satis prolixa.«

f. 58^b—63^b **Pseudo- Alberti Magni Semita recta.** »Omnis sapiencia a domino deo est« × »et tinctura evanesceret.«

f. 63^b—65^b **Rhasis Liber trium verborum.** »Hic est liber trium verborum« × »laudetur ergo deus, qui fecit carissimum ex re vilissima« etc.

f. 65^b—66^b **Tractatus de lapide philosophorum.** »Nota doctrinam lapidis philos.« × »nihil constat nisi expensas.«

f. 66ᵇ—67ᵃ »Aqua operacionis divine.«
f. 67ᵃ—68ᵃ »Operacio verissima lapidis philosophici.«
f. 68ᵃ—82ᵃ (rubrica evulsa anepigr.) **Dialogus patris et filii de lapide philosophico.** »Nunc pater et domine reverende, audiatis« × »quam possit percipi racione. Deo gracias «
f. 82ᵃ—83ᵃ »Interpretaciones metallorum.«
f. 83ᵃ—85ᵇ **Tractatus de calcinationibus corporum et ipsorum salibus.** »Ex omnibus rebus eciam ex animalibus« × »terendo et continuando« (alia manu:) »Explicit testamentum«.
f. 85ᵇ—89ᵇ Notae chymicae (conversio cinobrii in lunam, de sulfure, de argento vivo, de arsenico, de lapide tartar.).

1766 *IX. E. 10.*

chart. saec. XV ff. 111, 22·5 × 15 cm. 1 m.

(anepigr.) **Tractatus de eucharistia.**
f. 1ᵃ »B. Anshelmus in libro suo de corpore Chr. triplicem describit . . . distinccionem« × f. 111ᵇ »ergo accidencium et non alterius cuiuscunque«. (Finis deesse videtur.)

1767 *IX. E. 11.* (*Y. III. 4. n. 35.*)

chart. saec. XV ff. 335, 21·5 × 15 cm. 1 m.

Lectura super primum librum priorum analyticorum Aristotelis cum disputationibus.
f. 1ᵃ »Utrum noticia prioristica vel noticia libri priorum sit sciencia« × f. 334ᵃ »determinata de reduccione. Et sic est finis primi libri pro amore dom. nostri Jesu, qui est alpha et o.«
f. 334ᵃ—335ᵃ Quaestio »utrum deus per suam presenciam, essenciam et potenciam sit repletive in quolibet situ«.
Vetus sign. E, 5.

1768 *IX. E. 12.* (*Y. III. 1. n. 58.*)

chart. saec. XV ff. 132, 22·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—14ᵇ **S. Hieronymi ad Eustochium Epistola de virginitate servanda.** »Audi filia« etc.
f. 14ᵇ—17ᵃ Sermo dom. V post trinitatis.
f. 17ᵃ—49ᵇ **S. Augustini Soliloquia.** »Cognoscam te domine« × »canos meos. Expl. solil. s. Aug.« Sequitur registrum.
f. 50ᵃ—65ᵇ »**Excerpta ex lectura Mag. Petri de Stupna super Matheum evangelistam de viciis et virtutibus.**«
f. 65ᵇ—78ᵃ **Eiusdem Expositio orationis dominicae.** »Nota. Oracio secundum Damascenum« × »temperancia comparatur.«
f. 78ᵇ—79ᵃ Oratio super Ave Maria (Mone 399) × »S. Prag. eccles. archiepiscopus secundus concessit indulgencias hanc oracionem devote dicentibus.«
f. 79ᵃ—83ᵇ Sermones tres et notae theologicae variae.
f. 84ᵃ—100ᵇ Fragmenta expositionum (Andreae de Broda expositio I epist. Corinth.) et sermonum.

f. 101^a—107^b **Tractatus de IV viis secundum IV constitutiones de salute animae.** »Primo dicitur in psalmo Deus meus« × »et dicit preveni« (cetera desiderantur).

f. 108^a—117^b Glossae super diversa capita bibliorum.

f. 118^a—121^a **S. Augustini Sermo contra sortilegia et auguria.** »Bene nostis, fratres karissimi« × »comprehensa sunt, redeatis prestante« etc.

f. 122^a—132^b Iterum glossae super diversa capita bibliorum, carentes fine.

1769 *IX. E. 13.* (*Y. III. 1. n. 60.*)

chart. saec. XIV (pars a. 1389) ff. 111, 22 × 15 cm. d. m.

f. 1^a—3^b Notae de sacramentis.

f. 4^a—5^b »De conversione b. Marie Magdalene.«

f. 6^a—7^a Septem turpitudines coniugalium.

f. 7^a—8^a Casus papales et episcopales.

f. 8^b—9^a Species peccatorum et formae absolutionis.

f. 9^b—17^a **(Hermanni de Schildicz?) Speculum sacerdotum.** »Prima superficies . . . circa baptismum . . . Materia baptismi debet esse aqua pura« × »potest eam absolvere. Que hic deficiunt, in summa et lectura Hostiensi et in repertorio aureo Guilelmi . . . plenius continentur.«

f. 17^b—23^b Excerpta varia ex operibus s. Ambrosii, Augustini et notae variae (»Doctrina dom. Severini episcopi«).

f. 24^a—28^b Litaniae cum precibus suis.

f. 29^a—30^b »Casus, in quibus penitencie per canones inponuntur.«

f. 31^a—32^a **(S. Ambrosii Hymnus) »Te deum laudamus« notis musicis instructus.**

f. 32^b—36^b »Responsoria et antiphone super vigilias« cum notis musicis.

f. 37^a—61^a **S. Bernardi Claraevallensis Homiliae quatuor super »Missus est Gabriel.«** (Prologus) »Scribere me aliquid devocio iubet« × »Expliciunt omelie finite ante vigiliam vigilie (sic) nativitatis dom. fer. IV a. d. **1389.**«

f. 62^a—67^a **Expositio orationis dominicae** per auctoritates s. patrum. »Thomas de Aquino: Pater, non dominus« × »Expl. exposicio dominice oracionis multum bona et utilis.«

f. 67^a—69^b Notae theologicae (de sacerdotum dignitate, de forma Jesu, vita s. Mariae post mortem J. Chr.).

f. 69^b—83^a Excerpta ex operibus s. Augustini.

f. 83^b—85^a »**Concordancie XIX magistrorum sacre theologie super diffinicione visionis divine essencie, qua beate anime perfruuntur.**«

f. 85^a—87^a **Benedicti papae XII Bulla super visione divinae essentiae 4. kal. Febr. 1335.**

f. 87^a—111^b Excerpta ex Malogranato (Galli abbatis?) et aliis operibus theologicis.

1770 *IX. E. 14.* (*Y. III. 1. n. 50.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 76, 22×15·5 cm. d. m.

Macer De virtutibus herbarum cum commentario marginali et interlineari et nonnullis glossis bohemicis (M. Johannis Šindel).

f. 1ª (Textus:) »Herbarum quasdam dicturus« (Comment.:) »Tytulus huius libri est« × f. 76ª »curabit amice. Expl. Macer de herbarum virtutibus« (finis hic cultro vitiatus est).

De commentatore cf. cod. X. E. 14.

1771 *IX. F. 1.* (*Y. II. 6. n. 10.*)

mixtus saec. XIV (pars a. 1353) ff. 157, 18×13 cm. d. m.

f. 1ª—3ª (membran. — anepigr.) **Johannis de Pulchro Rivo Computus manualis.** »Causa intencionis nostre in hoc opusculo« × »per ultimum principium patens erit.«

f. 4ª—8ᵇ (membran. — anepigr.) **Commentarius in eundem Computum.** »Cum presentis consideracionis« × »residuum iterum distanciam indicabit.«

f. 9ª—14ᵇ (chart.) Fragmenta varia initio carentia et notae (f. 10ᵇ **Píseň vánoční »Jedniem hlasem«** saec. **XV—XVI** — Jireček, Hymnoogie str. 46).

f. 15ᵇ—157ª (chart.) **Psalterium cum glossa.** (Prologus:) »Psalterium nomen accepit« (Textus:) »Beatus vir . . . impius est qui peccat« × (canticum Moysis:) »non est sicut ceteri dei. Ultra non habui, quia hic deficit. A. d. **1353** . . . in die s. Floriani completum est hoc psalterium glosatum per manus **fratris Petri Hammani.**« (Manus saec. XV addit: »Hanc exposicionem psalterii fr. Johannes de ord. fr. minorum dictus de Sommerfelt pro simplicibus simpliciter compilavit«. Cui notae fides non est attribuenda, cum Sommerfeld saec. XV vixerit.)

f. 157ᵇ »A. d. 1418 fr. Johannes Reyman de Trzemoszna erat missus in Zagan ad meliorandum vitam suam« etc.

Verisimiliter ex monast. Ojvinensi.

1772 *IX. F. 2.* (*Y. II. 6. n. 15.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 187, 18×14 cm. d. m.

Mag. Wilhelmi (Parisiensis) Sermones dominicales per circulum anni.

f. 3ª »Domin. I. in adventu. Hora est nos iam de sompno surgere. Hoc tempus dicitur« × f. 186ª »ornet se crinibus alienis. Explicit summa Mag. Wilhelmi de sermonibus.«

Praecedit in f. 1 et 2 fragmentum sermonis in dedicatione, subsequitur in f. 186—187 nota de peccatis alienis. Vetus sign. K, 79.

1773 *IX. F. 3.* (*Y. II 6. n. 14.*)

membran. saec. XIII ex. ff. 207, 18·5×13·5 cm. d. m.

f. 1ª—72ª **Thomae abbatis Summa de praeparatione cordis.** »Preparate corda vestra» × »ascendere ad illam supernam civitatem Christo prestante« etc. (Opus hoc alibi Hugoni de S. Vict. attribuitur.)

f. 73ª—85ᵇ **Sermones diversi.**
f. 86ª—106ª Quaestiones theologicae variae carentes initio.
f. 106ª—109ᵇ Excerpta quaedam ex Vitis patrum (in fine manca).
f. 110ª—193ᵇ **Sermones diversi.**
f. 194ª—199ᵇ Quaestiones de peccatis.
f. 199ᵇ—207ᵇ **Sermones** et notae variae theologicae.

Cum singula opuscula huius codicis anepigrapha sint, non potui ea digerere secundum registrum, quod in fronte folii praeligati reperitur et est tale: »In libro isto continentur **Summe Mag. Johannis de Abbatis Villa abreviate**, Summa Thome abbatis de preparacione cordis, Distincciones super cantica canticorum, Cantica Thome abreviata, Sermones fr. Alexandri cum sermonibus fr. Johannis de Rupella, Summa abreviata cancellarii Philippi, Summa de viciis, Summa provincialis abreviata et multe alie distincciones.« Ceteroquin maxime dubium est, an opera hic registrata omnia codice hoc integra contineantur.

1774 *IX. F. 4.* (*Y. II. 6. n. 21.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 136 num. (recte 138), 16·5 × 12 cm. d. m.

f. 1ª—73ª **(Honorii Augustodunensis) Elucidarium seu dialogus magistri et discipuli de rebus divinis et humanis.** (Prologus:) »Sepius rogatus a condiscipulis« (Dialogus:) »Gloriose magister rogo« × »omnibus diebus vite tue«. (In fronte f. 1ª rubricator opus hoc falso attribuit s. Gregorio papae I.)

f. 73ª—77ᵇ (anepigr.) **Tractatus de die dominico celebrando** et **Visio s. Pauli in inferno.** »Dies dominicus dies est electus« × »feliciter pervenire.« Sequuntur versus de scriptore.

f. 78ª—118ᵇ (anepigr.) **Evangelium Nicodemi cum relationibus Lucii et Carini.** »Factum est in anno octavo decimo Tiberii« × »sicut presens dies demonstrat cunctis aperte.«

f. 116ª (sic) —136ᵇ (anepigr.) **Laudes s. Mariae virg.** »O benedicta mater salvatoris« × »privilegium carnis pudice.«

1775 *IX. F. 5.* (*Y. II. 6. n. 24.*)

chart. autographus a. 1460 ff. 388, 15·5 × 10 cm.

Lectura super Aristotelis Metaphysica.

f. 1ª »In nom. dom. Amen. Quot mira et stupenda« × f. 388ᵇ »**1460** fer. II ne ser et soph (12 maii) legere inchoavi, terminavi vero fer. VI ante Lucie (12. dec.). Lecciones feci fere 80 in lectorio theologorum.« (Lector fuit **quidam mag. Pragensis.**)

Vetus sign. A, 12.

1776 *IX. F. 6.* (*Y. II. 6. n. 26.*)

chart. cca 1463 ff. 249, 15·5 × 10·5 cm. d. m.

Breviarium praecedente calendario et notis ad a. 1463—1477 spectantibus.

Librum hunc liturgicum praecedunt f. 1—24 quaedam fragmenta sermonum cum exemplis.

f. 249ᵇ »Et sic est finis huius libri, quod (sic) scripsit dom. fr. **Thomas** Munachus etc. Kalpfleys.«

1777 *IX. F. 7.* (*Y. II. 6. n. 28.*)

chart. saec. XV ff. 228 num., 15·5 × 11 cm. d. m.

f. 1ª—33ᵇ »**Conclusiones concilii Constantiensis contra communionem utriusque speciei,** sed articuli eam tuentur. Primus articulus. Prima conclusio. Christus post cenam . . . Sed fundamentum aliud« × »Hic habes replicacionem optimam contra Constancienses de communione utriusque speciei.« (Est **Apologia Jacobi de Misa,** quam ed. Hardt III, 591 sq.)

f. 33ᵇ—226ª Excerpta e diversis auctoribus, notae theologicae variae, sermones diversi, quaestiones (quarum in prima »Utrum deus ex infinita potencia, sapiencia et bonitate mundum sensualem ex nichilo temporaliter productum conservet, ne in nichilum redigatur« inter permultos disputantes magistros universitatis Pragensis f. 37ª etiam Hus inducitur) etc., quae omnia f. 227—228 singillatim enumerantur.

In fol. membran. praeligato exarata est **M. Henrici (Piterwelt seu Bitterfeld), prof. s. theol. ord. praed. Definitio simoniae cum 19 corollariis.** »Symonia est studiosa voluntas« etc. × »propter spirituale.« Vetus sign. M, 13.

1778 *IX. F. 8.* (*Y. II. 6. n. 29.*)

membran. saec. XIV ff. 203, 15 × 10 cm. 1 m.

Bonifacii VIII Decretalium liber VI. cum regulis iuris in fine.

f. 1ª »Bonifacius episcopus servus servorum dei dilectis« × f. 203ᵇ »Data Rome aput s. Petrum V non. Marcii pontificatus nostri anno quarto. Explicit sextus liber decretalium. Codex, digestum magnum faciunt tibi festum, | ymo decretum cor et os faciunt tibi letum.«

Vetus sign. D, 24. Codicem recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 23.

1779 *IX. F. 9.* (*Y. II. 6. n. 31.*)

membran. saec. XIII ff. 275 num., 14 × 11·5 cm. d. m.

(Guilelmi Peralti) Summa de vitiis.

f. 1ª »Dicturi de singulis viciis incipiemus a vicio gule« × f. 272ᵇ »tacuisse vero nunquam. Explicit summa de viciis.«

f. 273ª—275ª Sermo de b. virgine Maria.

In fol. operc. infer. adligato et in operculo hoc ipso exaratum est registrum Summae.

1780 *IX. F. 10.* (*Y. II. 6. n. 34.*)

membran. saec. XIV ff. 260, 12·5 × 8 cm. d. m.

Breviarium praecedente calendario.

Folio praeligato adglutinata est icon xylographica crucifixi. In eodem folio occurrit nota manu saec. XV inscripta: »Liber canonicorum collegii Segebergensis.« Saec. XVI ex. liber erat »Henrici equitis cognomine Rantzau«, ut docet nota in operculo superiore.

1781 *IX. F. 11.* (*Y. II. 6. n. 37.*)

membran. saec. XV—XVI ff. 177, 10·5 × 8 cm. 1 m. cum. init. pict.

f. 1ᵃ—99ᵃ Liber precum.

f. 99ᵇ—177ᵃ (Henrici de Hassia) Cordiale quatuor novissimorum. »Memorare novissima tua« × »ac novissima providerent.«

1782—1787 *IX. G. 1. a, b, c, d, e, f.*

chart. saec. XVIII.

Catalogi librorum cuiusdam, ut videtur, collegii Societatis Jesu (a bibliorum et interpretum bibl., b historicorum sacrorum, c historicorum profanorum, d concionatorum et catechistarum, e miscellanorum, f librorum ad S. J. pertinentium).

1788 1789 *IX. G. 2. a, b.*

chart. a. 1750.

Catalogi librorum cuiusdam monasterii aboliti secundum linguas digesti. (a continentur libri hebraici et graeci, b hispanici, francogallici, italici).

1790 *IX. I. 1.*

chart. a. 1777.

Catalogus bibliothecae ord. Carmelitarum Chissensis »factus sub regimine Friderici a S. Catharina prioris a. d. 1777.«

1791 *IX. I. 2.*

chart. a. 1752 scribi coeptus.

Catalogus librorum bibliothecae Patrum Hibernorum ad S. Ambrosium Pragae »inceptus 19. aug. 1752 a fr. Patricio Hackell.«

1792 1793 *IX. I. 3. a, b.*

chart. a. 1776.

Catalogus bibliothecae conventus s. Wenceslai eremit. disc. s. Augustini Neo-Pragae . . . studio et labore P. Candidi a S. Theresia bibliothecarii, scriptus vero a P. Innocentio a S. Fabiano a. 1776.

1794 *IX. I. 4.*

chart. saec. XVIII.

Catalogus bibliorum (ut videtur bibliothecae S. J. Clementinae) duplex, alter glotticus, alter chronologicus.

1795 *IX. I. 7.*

chart. a. 1780.

»Specificatio librorum duplicatorum in f⁰ et 4⁰ in bibliotheca universitatis Pragenae ad S. Clementem exstantium a. 1780«.

1796—1802 *IX. I. 8—14.*
chart. saec. XVIII.

Catalogi bibliothecae c. r. universitatis Pragensis a. 1780—88 **elucubrati.**

(IX. I. 8. libri historici bibliothecae nationalis a. 1788,
IX. I. 9. libri polemici a. 1780,
IX. I. 10. bibliotheca Kinskyana minor,
IX. I. 11. libri ascetici a. 1782,
IX. I. 12. libri liturgici a. 1781,
IX. I. 13. libri homiletici a. 1782,
IX. I. 14. Disputationes et theses medicae.)

1803 *IX. I. 17.*
chart. saec. XIX.

Nomenclator librorum, quos praeter manu exaratos et saeculo typographiae primo aere descriptos bibliotheca c. r. Pragensis memoratu digniores asservat, (auctore Friderico Dambeck, eiusdem bibliothecae custode).

Donum auctoris.

1804 *X. A. 1.* (*Y. III. 5. n. 1.*)
chart. saec. XV ff. 323, 30 × 21 cm. 1 m.

S. Thomae de Aquino Summae theologicae prima secundae.

f. 1ª »Questio prima de ultimo fine. Quia sicut Damascenus dicit« × f. 320ª »non autem mali. Et hec de moralibus dicta in communi sufficiant. Explicit prima pars secunde s. Thome de Aquino.«

f. 320ᵇ—323ᵇ Registrum.

1805 *X. A. 2.* (*Y. II. 4. n. 2.*)
chart. saec. XIV—XV ff. 173 num., 30 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

f. 1ª—43ª **B. Thomae de Aquino Sermones de corpore Christi.** »Modus procedendi in sermonibus de sacramento corporis domini. De sacrosancto domini locuturi sacramento« × »Expl. sermones de corp. Chr. editi per b. Th. de Aquino.«

f. 43ᵇ—47ª **M. Conradi de Braco Sermo.** »Dirigite viam domini, Joh. I« × »et inhabitabo in medio vestri. Expl. sermo Mgri C. de B. per manus etc.«

f. 48ª—56ᵇ **M. Matthaei de Cracovia Sermones duo synodales (»prior factus** in synodo **1386«,** posterior a. 1384) super »Digne ambuletis« et »Quid est quod dilectus meus« praecedente prologo »Dum quid sit predicare in synodo diligenter inspicio«. × »Expliciunt solempnes duo sermones synodales rever. Mag. Mathei de Cracovia sacre theol. professoris.« (Priorem ed. Sommerfeldt in Ztsch. f. KG. XXII, 472.)

f. 57^a—62^a **M. Johannis Mernberger (Marienwerder?) Sermo de passione Christi.** »Expergiscimini hodie, anime devote« × »Explicit sermo synodalis (sic!) Mgri Johannis Mernberger.«

f. 62^a—66^a **M. Alberti Ranconis de Ericinio Sermo synodalis factus a. 1385.** »Separavit vos deus« × »Explicit sermo M. Adalberti filii Rankonis de Ericinio, quem fecit in synodo a. (13)85« (subscriptio cultro laesa).

f. 66^a—69^a **Milicii Sermo de die novissimo.** »Cum videritis abhominacionem . . . Cum interrogaverunt« × »Expl. sermo de die novissimo finitus per **fratr. Georgium** dictum . . . ffler (nomen cultro laesum) domini Miliczii patris reverendi.«

f. 69^b—74^b **Innocentii papae III Sermones tres synodales:** 1) »Si dormiatis inter medios,« 2) »Si sacerdos, qui est unctus«, 3) »Vos estis sal terre.« × »Explicit sermo synodalis de conventu clericorum.«

f. 74^b—105^b »Incipit bonus **Liber, qui intitulatur Ysaac.**« »Anima, que deum diligit« × »non tenebrescet. Illi gloria in sec. sec. Amen« »Expl. libellus, qui intitulatur Ysaac per manus **fratris Georgii** . . . (nomen cultro excisum est).

f. 105^b—106^b »Tabula eiusdem libelli.«

f. 107^a—135^a **S. Augustini Sermones ad fratres eremitas 24.** × »Expliciunt sermones beatissimi patris et beati (sic) Augustini ad heremitas fratres suos in heremo inventi Parisius a dom. Ruberto de Bardis de Florencia cancellario Parisiensi.«

f. 135^a—141^a Sermo de s. Augustino »Ego sum lux« etc.

f. 141^a—142^b **S. Augustini Sermo de martyribus.**

f. 143^a—147^a **Petri monachi Epistola de proprietate religiosorum ad canonicos Phanenses.** »Sanctis in Chr. fratribus« × »ad celestia regna perducat. Expl. epistola solempnis de propr. rel. cuiusdam fratris religiosi Petri.«

f. 147^a—149^a (anepigr.) Sermo de tribus votis religiosorum. »Deduc me domine« × »inobediencia pensatur.«

f. 149^a—152^b **S. Augustini Sermones duo.**

f. 152^b—155^a **S. Hieronymi Epistolae duae ad Occeanum.**

f. 155^a—156^b **Origenis Planctus translatus a s. Hieronymo.** »In affliccione« × »condolentis ecclesie.«

f. 156^b—171^b **S. Hieronymi Epistola ad Innocentium »de septies percussa«, Apologeticus ad Pammachium et aliae epistolae quinque.**

f. 171^b—173^b »Definicio symboli fideique.«

Vetus sign. K, 69.

1806 *X. A. 3.* *(Y. 1. 3. n. 3.)*

chart. saec. XIV—XV ff. 180, 29×22 cm. d. m.

Sermones de tempore et sanctis in fine mutilati.

f. 1^a (De s. Andrea) »Vestigia illius secutus est pes meus . . . Dominus vocans« × f. 180^b (domin. XXI) »morietur eternaliter. Dicamus cum Augustino« (cetera desunt).

f. 51^b inserta sunt: **Modlitby: Otče náš, Zdráva, Věři v buoh.**

In operc. super. intrinsecus est tabula sermonum, in cuius fronte haec nota occurrit: »Magistri Cristanni« (de Prachaticz). Vetus sign. O, 84.

1807 *X. A. 4.* (*Y. III. 5. n. 4.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 235, 29 × 21 cm. d. m. cum figur. pict.

Thomae Cantimpratensis De rerum naturis libri XX figuris pictis illustrati.

f. 1ª (Prologus:) »Naturas rerum in diversis auctorum scriptis« × f. 235ᵇ »irasci crede prophanum. Explicit liber bonus et utilis per manus cuiusdam M. (nomen scribae atramento illitum est) . . . finitus fer. V ante Wenceslay.« Cf. Sternberg, Pflanzenkunde I, 30.

Operculo inferiori adligatum est folium membran., in margine paulo resectum, in quo primum occurrit epistola fr. Jacobi, abbatis monasterii Plasensis, ad alia monasteria per Bohemiam, Moraviam et Austriam, ut pro defunctis fratribus orent, data a. 1395; deinde annotati sunt dies, quibus epistolae lator in unoquoque monasterio commoratus est. Vetus sign. C, 26.

1808 *X. A. 5.* (*Y. II. 4. n. 5.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 149 num., 30 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—77ª **S. Gregorii papae I Homiliae XL.** (Prologus:) »Reverend. et sanct. fratri Solerino« × (homil. 39) »sed nullo peccato a mundi corrupcione exiit, qui« (finis deest fol. seq. vacuis).

f. 78ª—119ᵇ **B. Isidori Hispalensis De summo bono libri tres.** »Summum bonum deus est« × »letificando inducit.« Sequitur registrum.

f. 120ᵇ—133ᵇ **B. Bernardi Claraevallensis »Opus consideracionis ad Eugenium papam«.** »Subit animum dictare aliquid« × »qui apparere humilis velit, invenias. Timor domini« (cetera desiderantur folio sequente vacuo).

f. 134ª—138ᵇ **S. Augustini Liber de poenitentia.** »Quam utilis sit« × »quia nescio, ubi manebo«.

f. 139ª—141ª **S. Ambrosii Pastorale.** »Non iam ad subditum loquor« × »dare promisisti«.

f. 141ª—141ᵇ **Eiusdem Epistola de moribus ecclesiae.** »Dilecte fili, dilige lacrimas« × »vivendo condempnes«.

f. 141ᵇ—142ª **Severini episcopi Doctrina.** »Dilige deum« × »que cogitas, non ignorat.«

f. 142ª—143ᵇ **S. Bernardi Claraevallensis Epistola de quatuor beneficiis.** »Dilecte sorori mee« × »ut simul cantemus aleluia« . . .

f. 143ᵇ—147ª **Eiusdem Epistola ad Adam monachum.** »Si maneres in caritate« × »qui renuerint, morientur«.

f. 147ª—148ª **S. Augustini Tractatus de timore.** »Multa vobis, fratres, de timore dei« × »ipsorum est regnum celorum«.

f. 148ª—149ᵇ **Eiusdem Tractatus (= Sermo) de contemptu mundi.** »Audite fratres« × »reddamus gracias J. Chr., qui« etc.

Operculo super. adligatum est fol. membran., in quo annotata est tabula homiliarum b. Gregorii, inferiori fragmentum membr. codicis philosophici saec. XIV in. In operculo super. intrinsecus post tabulam contentorum ocurrit nomen possessoris saec. XV: »Jeorg de Lypzyk« (?). Vetus sign. A, 36.

1809 *X. A. 6.* (*Y. I. 3. n. 6.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 276, 29 × 21 cm. d. m.

Sermones de sanctis (Soccii).

f. 1ª »De s. Andrea. De triplici recessu malorum et triplici accessu bonorum. Venite post me . . . B. Gregor. exponens verbum propositum« × f. 259ª (in dedicatione) »et eris semper supra et non subter.« f. 259ᵇ—276ª Tabula rerum alphabetica.

Operculo infer. adligatum est fragmentum membr. calendarii saec. XIV. Nota in operculo super.: »De libraria Laude«.

1810 *X. A. 7.* (*Y. II. 1. n. 7.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 285 num., 29·5 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—271ª (anepigr.) **Milicii Sermones quadragesimales et usque ad dominicam rogationum. (Pars »Gratiarum dei«).** »Receperunt mercedem suam . . . Omnes qui nunc in carnisprivio corrupti sunt« × »et pro vita eterna, ad quam etc. Finito libro sit l. et g. Chr.«

f. 271ᵇ—273ª (anepigr.) Sermo de dignitate sacerdotum super »Refulsit sol in clipeos aureos«.

f. 273ª—273ᵇ »Nota de dignitate sacerdocii septima« (sic) × »nunquam perveniunt. Amen. Tako buoh day myly tobye nebesske kralowstwye«.

f. 274ª—283ᵇ »**Thedoli**« (= Theoduli) **Historiae Veteris Testamenti allegorice et mystice expositae.** »Incipit de Adam. Deus summe bonitatis« × »Expliciunt historie Thedoli.«

f. 283ᵇ—285ª **Sibyllae Prophetia.** »Sibille omnes generaliter femine dicuntur prophetantes« × »regnabit dominus cum sanctis suis.«

f. 285ª—285ᵇ »De Antichristo.« »Ergo de Antichristo scire volentes« × »qua ante secula iudicandum esse predixit.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. cuiusdam registri iudicialis saec. XIV, adglutinata vero duo folia chart. actorum iudiciar. archiep. Prag. saec. XIV ex. Nota in fol. praeligato: »Quadragesimale de libris Mathie« (Laudae?) Vetus sign. E, 2.

1811 *X. A. 8.* (*Y. I. 3. n. 8.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 234, 29·5 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—226ᵇ »**Lumen anime**« (Dictionarium a voce »Amor« usque ad vocem »Christus«). Prologus: »Summi michi pontificis favente gracia« × »celique ympnis non etc«. (Opus hoc Schum, Amplonian. Hdsch., attribuit **cuidam papae Johanni,** sed attribuendum est **Berengario de Londora** (Centralbl. f. Biblioth. VIII, 146).

f. 227ª—228ᵇ Tabula vocum.

f. 228ᵇ—234ª (anepigr.) **M. Johannis Hus Praefatio commentarii in epistolam canonicam Jacobi** (edita Norimb. 1558 II, 105 brevior).

Nota in fronte f. 1ª: »Mag. Petrus Stupna dedit nacioni« (= collegio nat. bohem.), sed sign. in operculo occurrentes N, 3 et O, 10 non concordant cum cat. Rudnicensi.

1812 *X. A. 9.* (*Y. II. 1. n. 9.*)

chart. saec. XIV ff. 235, 30 × 21 cm. d. m.

Thomae de Aquino Catena super evangelium Matthaei.

f. 1[a] »Sanctissimo ac reverendissimo patri domino Urbano pape quarto fr. Thomas de Aquino« × f. 233[a] »cuius glorie participes nos faciat ipse Christus rex glorie, qui est deus benedictus in s. s. Amen.«

f. 233[a]—234[b] (anepigr.) Sermo ad Judaeos, Christum esse verum Messiam testimoniis Veteris Testamenti demonstrans. »Vos inquam convenio, Judei« × »nihilque querere debeatis. Tu autem domine etc.«

f. 235[a] Nota de ieiunio.

1813 *X. A. 10.* (*Y. II. 3. n. 10.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 182, 29·5 × 21 cm. d. m.

Flores b. Bernardi seu Excerptorum ex operibus eius libri X (auctore Guilelmo s. Martini Tornacensis monacho.)

f. 1[a] »Cum non essem alicui exercicio magno opere occupatus« × f. 157[b] »quia utrobique periculum. Expliciunt exposiciones collecte de diversis opusculis b. Bernhardi, egregii abbatis Clare Vallis«. Sequuntur versus de s. Bernardo.

f. 157[b]—182[a] Registra operis et additamenta excerptorum.

Nota in operculo super.: »pro magistro Johanne Sophista« (Johanne de Muta). Operculis adligata sunt fragmenta membr. cod. liturg. saec. XIV. Vetus sign. D, 4.

1814 *X. A. 11.* (*Y. III. 2. n. 11.*)

chart. a. 1375—77 ff. 190, 29·5 × 22 cm. d. m.

f. 1[a]—59[b] **(Guilelmi Peralti) Summa vitiorum.** »Dicitur (sic !) de singulis viciis« × »tacere vero nunquam. Finis summe viciorum«. Sequitur subscriptio cultro excisa ita, ut supersit solum a. (13)75.

f. 59[b]—65[b] **S. Augustini Soliloquium.** Initium in f. 91[b]—96[b]. »Omnia sub pedibus subiecisti« × »a circumdantibus eam. Expl. sol. b. Aug.«

f. 65[b]—66[a] »**S. Bernardi Tractatus**« **de passione Christi.** »Stabat iuxta crucem« × »sine vulnere non recedam«.

f. 66[a]—71[a] Meditatio »de passione domini«. »Circa passionem domini« × »misericors est deus, qui est benedictus« etc. (Fortasse haec est continuatio operis s. Bernardi praecedentis.)

f. 71[a]—72[b] Sermo de dedicatione super »Benedictus es in templo glorie tue«.

f. 73[a]—84[a] **Paschasii (Rathberti) Liber de corpore Christi.** »Quisque catholicorum« × »venire valeamus prestante« etc.

f. 84[a]—91[a] **Isidori Hispalensis Liber soliloquiorum (seu synonymorum).** Prooemium: »In subsequenti hoc libro«. Praefatio. »Venit nuper ad manus meas«. Textus: »Homo. Anima mea« × »quanto es magna dignitate prelatus.«

f. 91[b]—96[b] (anepigr.) **S. Augustini Soliloquiorum liber.** »Cognoscam te domine« × finem vide in f. 59[b]—65[b].

f. 97ª—98ª (Pseudo —) **Aristotelis Physiognomia.** »Diverse membrorum disposiciones« × »declina probabiliora. Et sic est finis huius libri presentis. Explicit physionomia Aristotelis« (subscriptio cultro vitiata).

f. 98ª—111ª (anepigr.) **Honorii Augustodunensis Elucidarius.** »Gloriosissime magister, rogo, ut ad honorem« × (liber III) »ut videas bona Jerusalem in omnibus diebus vite tue. Et sic est finis huius pulcherrimi libri tractantis de omnibus materiis celi. Explicit tota methaphisica.«

f. 111ª—113ᵇ (anepigr.) **Eutychiani Exhortatio sacerdotum.** »Fratres, presbiteri et sacerdotes« × »a synodo profugus abire presumpserit« (?).

f. 113ᵇ—119ᵇ »**Canonum liber nonus decimus, qui vocatur correctorium**«. »Hebdomada priori ante caput ieiunii« × »si penituerit vel satisfecerit. Et sic est finis huius. Expliciunt canones . . . . de Clementino« (?) Inscriptio et subscriptio operis huius cultro vitiatae sunt.

f. 119ᵇ—120ᵇ (anepigr.) Collectum de casibus reservatis.

f. 120ᵇ—123ᵇ »Qualiter sacerdos se debeat habere erga confitentem.«

f. 123ᵇ—125ª Notae de potentia animae.

f. 125ª—126ᵇ **(Petri Damiani) Tractatus de suffragiis mortuorum.** »Commemoracio omnium fidelium« × »de medio abstulerunt.«

f. 127ª—189ᵇ (anepigr.) **Hugonis Argentoratensis Compendium theologicae veritatis.** »Veritatis theoloyce sublimitas« × »sine fine.«

f. 189ᵇ—190ᵇ Sermo de novo sacerdote super »Vos estis genus electum« × »Finitus est iste liber per manus plurium sub a. d. **1377** fer. III ante festum Symonis et Jude.«

Hanc subscriptionem praecedit nota de pretio libri haec: »Dedi Johanni VI sex. mediam dimisi (?) fertonem, expendi pro hoc libro unam sex. pro viatico, 5 sine IIII grosis, ligatori VIII de ligando (sic)«. Operculis adligata sunt fragmenta membran. literarum doctoris Johannis Kbel ad Blasium Lupum decanum ecclesiae O. S. in castro Pragensi datarum in quadam causa iudiciali.

1815 *X. A. 12.* (*Y. II. 1. n. 12.*)

chart. a. 1376—77 ff. 128, 29·5×22 cm. 1 m.

Bartholomaei de S. Concordio Summa Pisana.

f. 1ª »Quoniam, ut Gregorius ait super Ezechielem« × f. 125ª »Consummatum est hoc opus . . . . a. d. 1338 die VII dec. . . auctor obiit a. d. 1344 secunda die iulii. Hoc opus scriptum est per honestum virum a. d. **1376** et est finitum infra quadragesimam fer. III ante festum b. Gregorii proxima.«

f. 125ᵇ—127ª Registrum operis.

f. 127ᵇ—128ª Regulae iuris libri sexti, »finite a. **(13)77** V. die Julii hora XIV horologii Pragensis«.

Vetus sign. libr. Carol. N, 44, K. Codicem recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 27.

1816 *X. A. 13.* (*Y. II. 1. n. 13.*)
chart. saec. XIV ex. ff. 99, 30 × 22·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—71ᵃ **Remigii episcopi Homiliae quadragesimales.** »In illo tempore dixit Jesus . . . Cum ieiunatis . . . Sicut in superioribus preceptis« × »Expl. liber omeliarum Rem. episc. in quadragesimam.«

f. 71ᵇ—73ᵇ **»Glossa super Salve regina.«** »Ad salutandam virginem« × »Expl. gloza super S. r.«

f. 73ᵇ—82ᵇ **(Henrici de Frimaria) Tractatus de VII vitiis capitalibus sub virtutum specie palliatis.** »Est via, que videtur« × »a cordis hospicio penitus exstirpare. Quod nobis«

f. 82ᵇ—90ᵃ (anepigr.) **Eiusdem Tractatus de quadruplici instinctu.** »Semen cecidit in terram« × »ex sua proprietate nature.«

f. 90ᵇ—99ᵇ **(Rolandi de Comitibus) »Viridarium consolacionis«.** »Quoniam, ut ait Petrus apostolus« × (de finalis die iudicii) »qui, dum viveret, oblitus est dei« (finis deest multis foliis evulsis). Cf. cod. VIII. E. 21. f. 141ᵃ.

Nomina possessorum saec. XV 1) in operculo super.: »Liber iste M. Marci est pro LXXX grossis«; 2) in operculo infer.: »Tyto knyhy gsu knyezze Benessovy« . . . »Iste est liber dom. Thomasconis procuratoris, qui . . . mihi in duobus florenis M. Gallo.« Vetus sign. K, 39.

1817 *X. A. 14.* (*Y. II. 1. n. 14.*)
chart. saec. XIV ex. ff. 142, 30 × 22 cm. 1 m.

Johannis Duns Scoti Quaestiones super III. librum Sententiarum.

f. 1ᵃ »Circa incarnacionem quero primo de possibilitate« × f. 141ᵃ »et onus meum leve, cui sit honor etc. Explicit tercius liber Scoti de ordine fratrum minorum.«

f. 141ᵃ—142ᵃ Registrum quaestionum.

Nota in operculo super.: »S. s. 3. S. liber Mag. Johannis Elye«. Vetus sign. A, 10.

1818 *X. A. 15.* (*Y. III. 2. n. 15.*)
chart. saec. XV ff. 90, 30 × 22 cm. d. m.

Gregorii papae I Libri IV dialogorum.

f. 1ᵃ (post registrum:) »Quadam die, dum nimiis quorundam secularium tumultibus« × f. 90ᵇ »deo hostia ipsi fuerimus. Expl. liber dyalogorum b. Gregorii pape.«

Nota in operculo super.: »pro L grossis«. Ut annotavit C. Höfler in schedula veteri catalogo inserta, codici huic adligatum vel adglutinatum fuit decretum originale Wenceslai regis, quo Wilhelmus de Hasenburg praepositus Boleslaviensis nuncupatus est: nos decretum hoc non reperimus. Vetus sign. F, 18.

1819 *X. A. 16.* (*Y. III. 2. n. 16.*)
chart. saec. XIV—XV (partes a. 1392 et 1400) ff. 189, 30·5 × 22 cm. d. m.

f. 1ᵃ—83ᵇ **Sermones, qui dicuntur »Thesaurus anime«, de epistolis et evangeliis per circulum anni.** »Hora est iam nos . . . Naturale est« × »Expl. thesaurus anime sub a. d. **1392**.«

f. 83^{b}—84^{b} Notae theologicae variae.

f. 84^{b}—98^{a} **Thomae de Aquino Tractatus de modo confitendi.** »Quoniam fundamentum et ianua« X »Expl. tract. (etc. ut supra) finitus sub a. **1400** per manus **fr. Thome monast. Syloensis.**«

f. 98^{b}—100^{b} (anepigr.) **Dialogus inter Mariam virg. et Anselmum de passione Christi.** »Obsecro te mater« X »benedictus filius eius J. Chr.« etc.

f. 100^{b}—101^{b} (anepigr.) Planctus b. virginis.

f. 101^{b} (anepigr.) **List s nebe spadlý o svěcení neděle (neukončený).** Sequentia 3 ff. excisa.

f. 102^{a}—188^{b} **(Johannes Kortz dictus) »Contractus de sanctis« (Sermones).** (De s. Andrea) »Ambulans Jesus . . . In verbis istis» X (de nativitate Chr.) »gloriam in futuro.«

f. 131^{a}—131^{b} inserta est »**Vita virg. Marie**« **versificata.** »Hec est vita virginis« X »ad celi regnum. Amen.«

f. 188^{b}—189^{a} **Vita s. Dorotheae.**

1820 *X. A. 17.* (*Y. III. 2. n. 17.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 179, 30 X 21·5 cm. d. m.

Isidori Hispalensis Etymologiarum libri XXVIII.

f. 1^{a} »Domino meo dei servo Braulioni episcopo« X f. 179^{b} »ut vis morbi ignis ardore siccetur. Expliciunt libri Ethimologiarum viginti octo.«

Operculo infer. adglutinatum est fragmentum chart. cuiusdam protocolli iudicialis saec. XIV In operculo super. haec nota occurrit: »Iste liber est simul Mri Marci de Grecz et dom. Johannis plebani de Zebyn pro XXXV gr « Vetus sign. S, 3.

1821 *X. A. 18.* (*Y. I. 3. n. 18.*)

chart. saec. XV (partes a. 1466) ff. 372 num., 31 X 21 cm. 2 m., cum init. pict.

f. 1^{a}—269^{a} **Bernardi Claraevallensis Sermones in Cantica canticorum.** »Vobis, fratres, alia« X »sponso utique suo J. Chr. . . . Finis sermonum b. Bernardi super cantica etc. opus imperfectum finitum per me **Donatum in Goerlitz** opido in die s. Eustachy **1466**.«

f. 269^{b}—270^{b} **Eiusdem Epistola de non celebranda conceptione s. Mariae virg.** »Rever. conventui Lugdunensium« X »iudicio emendare.«

f. 270^{b}—275^{b} **Eiusdem Soliloquium ad b. virginem Mariam.** »O unica puerpera« X »Expl. soliloquium b. B. ad virg. M. finitum per me **Donatum in Goerlitz 1446** (sic) in vigil. s. Martini.«

f. 276^{a} + 18 ff. non num. »Registrum super sermones b. Bernardi super cantica.«

f. 276^{a}—372^{b} »Orosii« (recte: **Honorii Augustodunensis) Commentarius in Cantica canticorum.**« »Donum sapiencie cum Salomone poscenti« (sic) X »gracias agamus.«

1822 *X. A. 19. (Y. II. 3. n. 19)*

membran. saec. XIII—XIV ff. 144, 30×21 cm. d. m. cum init. pict.

Petri Comestoris Historia scholastica, permultis notis marginalibus saec. XIV et XV instructa.

f. 0^b Epistola prooemialis: »Rever. patri ac dom. Willermo d. g. Senonensi archiep. Petrus servus Chr.« × f. 144^b »et processio translata est ad dominicam. Explicit.«

In foliis praeligatis multae occurrunt notae theologicae, quarum una est de »signis ad cognoscendum pseudo-apostolos«. Operculo super. adglutinatum est fragmentum membr. codicis iuridici, in quo mentio fit cuiusdam canonici Pragensis episcopum suum apud sedem apost. accusantis tempore ducum Boemiae. In fol. praeligato annotatum est manu saec. XV: »pro septem florenis ungar.«

1823 *X. A. 20. (Y. III. 2. n. 20.)*

chart. saec. XIV—XV ff. 290, 30·5×22 cm. d. m.

f. 1^a—25^b **B. Augustini Opuscula: De 12 abusionibus saeculi, De poenitentia vera et falsa, Liber ad Orosium, De lapsu mundi et incertudinis (sic) vitae, De scientia salutis.**

f. 26^a—78^b **Isidori Hispalensis De summo bono libri tres.** »Dom. sancto . . . Jasoni episcopo« × »letificandos includit. Expl. lib. s. Isodori episc. Spalensis de summo bono.«

f. 78^b—108^a **B. Bernardi Claraevallensis »ad Eugenium papam, qualiter preesse prelatus debet suis«, libri quinque.** »Subiit animum dictare aliquid« × »sed non finis querendi. Explicit liber s. Bernh. abbatis ad Eugenium p.«

f. 108^a—185^a **S. Ambrosii Mediolanensis Opuscula: De Naboth, De fuga saeculi, De virginibus, De viduis, De Jacob et bono mortis, De Jacob patriarcha et beata vita, De benedictione patriarcharum, De patriarcha et Joseph, De Cayn et Abel, De Abraham liber II, De Isaac.**

f. 185^a—239^b **Eiusdem De officiis libri tres.** »Non arrogans videri arbitror« × »plurimum instruccionis confert.«

f. 240^a—290^a (anepigr.) **Jeremiae prophetae Lamentationes cum expositione Gilberti Antisiodorensis.** »Pascasius super Cant. cant. Sunt et lamentaciones« × »Sufficiant hec ad exposicionem lamentacionum Jeremie, que de patrum fontibus hausi ego Gilbertus Antisiodorensis ecclesie diaconus. Expl. lament. Jer. proph.«

Nota saec. XV in operculo super.: »Liber Mag. Cristanni emptus pro $^1/_2$ sex. a presbytero Blažkone«. Vetus sign. E, 35.

1824 *X. A. 21. (Y. II. 3. n. 21.)*

membran. saec. XIV—XV ff. 105 num., 30×22 cm. 2 m. cum init. pict.

f. 1^b—58^b **Sermones dominicales veterum patrum** (Bedae, Origenis, Gregorii, Hieronymi, Chrysostomi). »Incipiunt omelie dominicales per circulum anni exceptis omeliis sancti Gregorii, que hic non habentur« (sed 2 tamen insunt).

f. 58^b—105^a **Cassiodori Expositio super VII psalmos poenitentiales.** »Si ille rex et propheta« × »ubi tu deus cum patre et spiritu sancto vivis et regnas etc. Expl. exposicio Cassiodori super septem psalmos penitenciales.«

Vetus sign. I, 37.

1825 *X. A. 22.* (*Y. II. 2. n. 22.*)

chart. a. 1394 ff. 239 num., 29 × 21 cm. 1 m.

M. Johannis de Alexandria Postilla epistolarum et evangeliorum per circulum anni.

f. 1^a »Fluminis impetus letificat civitatem dei. Pater tamquam prima origo« . . .

f. 5^a »Cum sancta mater ecclesia« × f. 235^b »Explicit postillacio evangeliorum et epistolarum per circulum anni Mri Johannis de Allexandria. Explicit liber domini Jacobi . . . (cognomen erasum) sub a. d. **1394.**«

f. 236^a—239^b Sermones tres Mariani.

Vetus sign. C, 113.

1826 *X. A. 23.* (*Y. II. 3. n. 23.*)

mixtus saec. XIV ex. ff. 90 num., 28 × 22 cm. d. m.

f. 1^a—22^a »Incipiunt **Tabule regis Alphonsi** et primo tabule differenciarum unius regni ad aliud« × (ultima) »tabula equacionum Mercurii.«

f. 22^b—40^b **Tabulae mag. Johannis de Lineriis.** »Tabula sinus« × »residuum tabule ascensionis in latitudine 52 graduum.«

f. 41^a—62^a **Alkabicii Introductorium ad magisterium iudiciorum astrorum** (interprete Johanne Hispalensi). »Postulata a domino prolixitate vite« × »ad magisterium astrorum in laude eius et eius adiutorio.«

f. 62^b Registrum operis sequentis.

f. 63^a—68^a »Capitula de utilitate astrolabii.« »Nomina instrumentorum sunt hec« × »si fuerit eadem cum prima regula, est vera; si non, non. Expliciunt capitula de utilitate astrolabii.«

f. 68^b—90^b **M. Johannis (Danconis) de Saxonia Canones super tabulas Alphonsi.** »Tempus est mensura motus« × »secundum doctrinam mag. Johannis de Lineriis. Expliciunt canones mag. Johannis de Sax. super tabulas Alfoncii et eclipsium etc.«

In operculo super. haec nota occurrit: »Magistri Buzko, Petrus (de) Sepekow, Johannes de Zbraslawicz. Istum librum collegiati collegii Karoli tunc presentes in collegio dederunt Simoni de Moczidlecz usque ad dies vite sue, sic quod post mortem suam predictus liber ad illorum liberariam (sic) redire debet, et hoc pro laboribus, quos per plures septimanas in libraria illorum cum reposicione librorum habuit, isto tamen adiuncto, quod si universitas reformata esset et magistri collegiati in astronomia intelligentes essent et redimere predictum librum circa Symonem vellent, quod Symon competenti precio pro laboribus suis habito librum restitueret, et eciam, si super libro aliquid imponeret, recompensa salva.« In margine: »A. d. 1434 in ieiunio sunt hec terminata.« Vetus sign. F, 5. Cf. Věstník Č. A. 1900 p. 472.

1827 *X. A. 24.* (*Y. II. 3. n. 24.*)
chart. saec. XIV—XV ff. 129, 29·5 × 22 cm. 1 m.

Sermones de sanctis.

f. 1ª (De s. Andrea) »Magister, sequar te . . . Verba proposita satis sunt usitata« × f. 120ᵇ (De s. Katherina) »ter centena premia a deo accipiet. Que premia nobis concedat« etc.

f. 121ª—122ᵇ Registrum sermonum × »Et sic est finis istius libri de sanctis.«

f. 123ª—129ᵇ Sermones duo »rogacionum« et unus »in nova missa.«

Operculis adglutinata sunt fragmenta membr. cuiusdam registri expensarum saec. XIV—XV, in quo occurrunt loca: Jilemnice, Jičín, et nomen: Sbynco burgravius. Vetus sign. E, 2.

1828 *X. A. 25.* (*Y. II. 1. n. 25.*)
chart. saec. XIV ex. ff. 114 num. (+ 4 non num.), 31 × 22 cm. 3 m.

f. 1ª—27ª (anepigr.) **(Fr. Stephani vicar. gener. in spirit.?) Quaestiones casuisticae.** »Statutum dom. Arnesti sic dicit« × »nisi dyocesanus sic fieri mandaret. Et sic est finis.«

f. 27ª + 2 ff. n. n. Tabula rerum in quaestionibus occurrentium alphabetica.

f. 0ª—0ᵇ (n. n.) Quaestiunculae de veneratione et adoratione.

f. 27ª—28ᵇ »Lecciones de veritate corporis et sanguinis Christi sub specie panis et vini de libro sacramentorum. Cap. 7—9.« »Cum enim sacerdos« × »accipiendum est in vi nominis.«

f. 29ª »Arbor predestinacionis secundum Mag. Johannem Cirsy(?) Theutunicum ord. pred.«

f. 30ª—113ᵇ (anepigr.) **Quaestiones canonico-iuridicae.** »Nota, quod cum aliquid per sortem queritur« × »et alii sufficere posset. Hec Ric(hardus?).«

f. 114ᵇ (anepigr.) Amplificatio orationis »Pater noster«.

Precium saec. XV in operculo infer.: »pro 18 gr.« Vetus sign. R, 49. Codicem hunc recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 27, qui tractatum primum attribuit fr. Stephano rationem habens Balbini Boh. doct. II, 172 (edit. Ungar).

1829 *X. A. 26.* (*Y. II. 4. n. 26.*)
chart. a. 1403—16 ff. 217 num., 29 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—30ª **Speculum humanae salvationis.** »Incipit prohemium cuiusdam nove compilacionis« × »Expl. spec. h. s. a. d. **1403** proxima fer. VI ante festum s. trinitatis.« (Sine imaginibus).

f. 30ª—37ᵇ **Raymundi de Pennaforti Summa (ab Adamo quodam versificata).** »In summis festis ad missam« × »liber aptus egenis. Expl. summa, que intitulatur summa Raymundi a. d. **1403** IV fer. proxima post fest. s. trinit.«

f. 37ᵇ—38ᵇ Sermo de undecim millibus virginum.

f. 38ᵇ—50ª **Arnesti archiepiscopi Prag. Statuta a. 1349.** »In nom. s. et indiv. trinit. . . . Arnestus . . . Rex magnificus« × »et pastor nescit. Expliciunt constituciones collecte per Mag. Thomam (nomen hoc cultro laesum est) Ybernicum (sic!) a. d. **1416**.«

f. 50ª—58ª **Thomae Hibernici Summula de tribus punctis essentialibus christianae religionis.** »Religio munda« × »virginitas mentis et non carnis. Datum Prage a. d. 1349 die 12 mensis Novembris, archiepiscopatus dom. Arnesti a. 6.«

f. 58ª—59ª **Eiusdem Arnesti Statutum minus de a. 1355** (edid. Höfler, Prag. Concil. p. 4).

f. 59ª—60ª **Johannis I. (Očkonis) archiep. Prag. Statutum de a. 1365** (ed. ibidem p. 8).

f. 60ª—61ª **Johannis II. (de Jensteyn) archiep. Prag. Statutum de a. 1381** (ed. ibidem p. 29).

chart. saec. XV (pars a. 1410) ff. 229 num., 30 × 20·5 cm. d. m.

f. 1ª—105ª **Commentarius et quaestiones in quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi.** »Veni sancte spiritus« × »me duce pervenit.

Expl. liber sentenciarum per manus Sa . . eczk. nis.« (Nomen librarii cultro laesum est; fortasse Sagyeczkonis.)

f. 106^a—168^a **Jacobi de Teramo Processus Belial.** »Universis Christi fidelibus« × »ad vitam perhennem. A. d. **1410** III. fer. post Jacobi completum opusculum presens, quod dicitur Consolacio peccatoris.«

f. 169^a—182^b (anepigr.) **Johannis Wiclif Dialogus sive Speculum militantis ecclesiae.** »Cum ydemptitas« × »in hac parte. Amen tako buoh day. Explicit expletum, fac Christe N. letum.«

f. 183^a—194^a (anepigr.) **Eiusdem Liber de officio pastorali.** »Cum duplex debet esse« × »regum temporalium et Christi nostri domini regis regum.« Sequitur registrum alphabeticum.

f. 195^a **Eiusdem de religionibus vanis monachorum** (W. Streitschriften her. v. Buddensieg p. 437).

f. 195^a—195^b **Eiusdem Conclusio de officio regis.** (Shirley p. 24.) **Eiusdem Quatuor imprecationes** (Streitschriften p. 713). **Eiusdem Epistola ad simplices sacerdotes** (Shirley p. 21).

f. 195^b—196^b **Eiusdem De daemonio meridiano** (ibidem p. 417). **Eiusdem Descriptio fratris** (Streitschr. p. 407).

f. 196^b—197^a **Eiusdem (?) De ordine in peccato.** »Sciendum quod per hunc modum fit ordo in peccato« × »peccatum mortale.«

f. 197^a—197^b Quaestio »Utrum corpus Christi sit tantum et tante sacramentaliter, quantum existit in celo localiter.«

f. 197^b—199^a Notae variae (de creatione duarum essentiarum priorum, de laxatione retium, de denario, regum esse constituere idoneos sacerdotes et malos deponere, de appellatione a pontificibus ad regem).

f. 199^a—202^b (anepigr.) **M. Johannis Hus Quaestio de arguendo clero.** (Edit. Nor. I. 149.)

f. 203^a—206^b (anepigr.) **Johannis Wiclif De Christo et suo adversario Antichristo.** (Streitschriften p. 653, usque ad cap. X.)

f. 207^a—229^b »**Liber sentenciarum de diversis materiis.** In primis de caritate« × »Explicit summa excerpta de libro sententiarum.«

1877 *X. C. 24.* (*Y. I. 3. n. 111.*)

chart. saec. XIV—XV et a. 1414 ff. 139, 30 × 22 cm. 2 m.

f. 1^a—21^b **Jacobi de Cessolis Ludus scaccorum.** »Ego fr. Jacobus de Cessolis multorum fratrum« × »vitam mutaret et mores. Explicit tractatus de ludis scacorum.«

f. 22^a—137^b **S. Ambrosii Expositio psalmi 118.** »Licet mistica queque« × »passus est Christus. Sub a. d. **1414** finitus est iste liber« . .

f. 138^a—139^b Tabula rerum alphabetica ad opus praecedens.

1878 *X. C. 25.* (*Y. I. 3. n. 112.*)

chart. saec. XV ff. 186 (= 85—270 num.), 30 × 21 cm. d. m.

f. 85^a—156^b **Aegidii Romani (vel Thomae de Aquino) De eruditione principum libri VII.** »Prohemium. Cum pars illustris ecclesie« × »fuerit associata. Et sic est finis libri de erud. princ.«

f. 156b—201b **Isidori Hispalensis De summo bono libri III.** »Summum bonum deus est« × »letificantes includit. Expl. liber Isidori de summo bono.« Sequitur registrum in fol. non num.

f. 201a (sic)—246b **(David de Augusta) De septem profectibus religiosorum.** »Profectus religiosorum septem distinguuntur processibus« × »pro acceptis vel promissis, que nobis . . . Et sic est finis libri de septem profectibus religiosorum.«

f. 246b—259a **(M. Matthaei de Cracovia) Tractatus de simonia praelatorum vel de praxi curiae Romanae (= de squaloribus c. R.).** »Moyses sanctus (sic) et tamquam solitudinis« × »et non ultra. Expl. tractatulus de praxi Rom. curie. (Edid. Orthuinus Gratius Brown II, 584 sq., de auctore cf. Sommerfeldt in Ztsch. f. G. d. ORheins XVIII, 417 sq.) Sequuntur 7 versus de simonia curiae Rom. »Mos est Romanis in causis cottidianis« × »omnia credit.«

f. 259b—260b **S. Augustini Libellus** de onustate (sic pro **honestate) mulierum.** »Nemo dicat fratres« etc.

f. 260b—263a **Thomae de Aquino Expositio orationis dominicae.** »Pater noster, non deus« × »ita me ipsum.«

f. 263b—266b »**Epistola contra emulos status clericalis** facta per quendam, cuius nomen hic non ponitur, sed oro, ut ponatur in libro vite . . . Universis presentem paginam inspecturis . . . N. de partibus citramarinis« × »per Symonem Petrum . . Expl. epistola de morte clericorum . . . facta ad excitandum prelatos ad gregis sui custodiam« . . . . (Epistola discrepans cum illa, quam Henricus de Hassia sub eodem fere titulo composuit.)

f. 267a—270a **M. Johannis (de) Falkemberg Tractatus de renunciatione papae.** »Ad pauca respicientes« × »successoris Petri et vicarii veri dei« . . .

Ut docet registrum contentorum in operculo super., evulsis foliis 1—84 exciderunt haec: 1. Bernardi De consideratione, 2. Eiusdem de colloquio Petri cum Christo, 3. s. Augustini liber de libero arbitrio. Saec. XV codex erat »M. Simonis de Rokyczana collegiati K.« Nota ibidem: »pro 1 1/2 sex. non remissius.« Vetus sign. J, 17. Cod. recens. Schulte, Can. Hdsch. p. 37.

1879 *X. C. 26.* (*Y. I. 3. n. 113.*)

chart. saec. XV ff. 151, 31 × 22 cm. 1 m.

Sermones dominicales et festivales a festo s. trinitatis usque ad adventum.

f. 1a »Sequitur de s. Trinitate. Erat homo ex phariseis Nicodemus . . . Hodie s. mater ecclesia recolit« × f. 151a (dom. XXV) »iudicare vivos et mortuos. Et sic est finis.«

Praecedunt aliquot folia non num., quorum in primo occurrit initium evangelii in festo s. trinitatis legi soliti, bohemici: »A bisse czlowiek z zakonnikuow« etc. In operculo infer. haec nota est: »Iste liber est dom. Nicolai Migdal emptus pro tribus fertonibus cum VI gr.« Vetus sign. G, 1⁰.

1880 *X. D. 1.* (*Y. 1 4. n. 113.*)

chart. saec. XV (partes a. 1427) ff. 170 num., 31 × 22 cm. d. m.

f. 1ᵃ—30ᵇ **(Henrici de Frimaria) Expositio decalogi.** »Audi Israel precepta domini« × »quod vinum nobis« . . .

f. 30ᵇ – 34ᵃ Registrum. × »Expliciunt collecta decem preceptorum . . . scripta per **Mathiam de Radzeow** peccatorem (in margine: **dictum Losij**) et sunt finita die sabbati proximo post Martini conf.«

f. 35ᵃ—68ᵃ **Matthiae Parisiensis de Janov Tractatus de hypocrisi.** (Regularum II, 1). »Incipit tract. de ypocrisi . . . collectus per M. Mathiam de Cracovia (sic!) Nunc restat inquirendum« × »subtiliter evitari. Explicit summa ypocrisis . . . per manus cuiusdam **Mathie de Radzeow dictō (sic) Loszii** et est finita fer. VI proxima post dom. Ad te levavi nec non in vigilia s. Nicolai conf. sub a. d. **1427.**«

f. 69ᵃ – 71ᵇ »**Liber de amicicia secundum tradicionem abbatis Joseph.**« »Amiciciarum multa sunt genera« × »stare non posse. Expl. liber« (etc. ut supra).

f. 71ᵇ—74ᵇ **Henrici de Frimaria Liber de perfectione interioris hominis.** »Parum est in principio« × »Expl. liber (etc. ut supra) ex collacione institucionum sanctorum patrum.«

f. 74ᵇ—78ᵇ **Hugonis (de S. Victore) De statu novitiorum.** »Desiderasti a me« × »Expl. Hugo« etc.

f. 79ᵃ—81ᵃ **S. Bernardi Meditationes.** »Multi multa sciunt« × »voluptatis tue« . . .

f. 81ᵃ—84ᵃ (anepigr.) **Eiusdem Liber de domo spirituali.** »Domus hec, in qua habitamus« × »per diversa distrahitur.«

f. 84ᵃ—85ᵇ (anepigr.) **M. Johannis Hus Tractatus de matrimonio.** »De matrimonio ibi stat (sic) modicum michi loqui« × »postea succedit eis. Et tantum sit dictum de matrimonio.« Sequitur quaestio, »utrum actus matrimonialis impedit a communione«. (*Cf. Flajšhans, Lit. činnost p. 78.*)

f. 86ᵃ—87ᵃ (anepigr.) **Eiusdem de matrimonio Tractatus alter** (Constantiensis) = edit. Norimb. 1558, I, 33.

f. 87ᵃ—88ᵇ Sermo de chorea. »Corea est circulus« etc.

f. 88ᵇ—90ᵇ Sermones duo de eadem.

f. 90ᵇ—92ᵃ Sermo de carnisprivio. »Venite exultemus« × »ab isto deo scilicet Massopust superari.«

f. 92ᵃ—93ᵃ Sermo de morte. »Venite ad scolas meas.«

f. 93ᵃ – 94ᵇ Nota de s. Trinitate. Sermo quidam.

f. 95ᵃ—111ᵇ **S. Bonaventurae Imago humanae vitae.** »Flecto genua mea« × »Expl. ymago hum. vite Bone venture fer. III in die Simonis et Jude a. d. **1427** per **Mathiam Losy.**«

f. 111ᵇ—114ᵇ **(S. Augustini) Speculum peccatoris.** »Quoniam, karissime, in vita« × »Et sic est finis huius epistole que dicitur spec. peccat. per M. supra dictum in crastino Symonis.«

f. 114ᵇ – 118ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Manuale.** »Quoniam in medio laqueorum« × »ut amem deum meum.«

f. 119ᵃ—130ᵇ (anepigr.) **Tractatus de modo praedicandi.** »Videte vosmet ipsos. Quoniam iuxta cuiusdam dictum sapientis« × »proferre hoc, quod singulariter se intellexisse« (*cetera desiderantur*).

f. 131^a—169^b »**Summa sacrificiorum**« **cum commentario.** »Nolite fieri sicut equus . . . Scribere disposui« $\times$ »cum labor ipse placet« (finis deest). Summam hanc commentator in prologo cuidam Johanni cardinali attribuit, sed attribuenda est **Hildeberto Cenomanensi**. Huic summae insertus est

f. 145^b—148^b **(M. Johannis Hus?) Tractatus de articulis fidei.** »Nota, quod aliud est, ut ait Augustinus, credere deo« $\times$ »in regno celorum.«

f. 170^a Registrum contentorum (mancum).

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici saec. XIII—XIV. Vetus sign. K, 8.

1881 *X. D. 2.* (*Y. I. 3. n. 114.*)

chart. saec. XV (pars a. 1423) ff. 305 num., 31 $\times$ 21 cm. d. m.

Praecedunt 2 ff. non num., in quibus est registrum operis sequentis et in columna ultima initium textus.

f. 1^a—98^b **(Hugonis Argentoratensis) Compendium theologicae veritatis.** »Veritatis theologice sublimitas« $\times$ »sine fine. Expl. summa theologice veritatis finita in die s. Blasii sub a. d. **1423** per me **Jacobum.**«

f. 99—106 scriptura vacant.

f. 107^a—300^a (anepigr.) **Thomae de Aquino Commentarius in Apocalypsin.** »Videns Jacob in sompnis scalam« $\times$ »quidquid corrigendum viderit.« Sequens subscriptio resecta est. (Edit. Parm. XXIII, 325 sq.)

f. 300^b—305^a Registrum operis praecedentis alphabeticum.

Vetus sign. A, 14.

1882 *X. D. 3.* (*Y. I. 4. n. 114.*)

chart. a. 1412 ff. 143, 30 $\times$ 21 cm. d. m.

Richardi de Hampoole Glossa in psalmos.

f. 1^a »Magica spiritualis iocunditatis suavitas« $\times$ f. 142^b »psalmus enim est ympnus vel laus dei . . . Expl. glosa brevis et utilis sub a. d. **1412** edita per rever. fr. heremitam Richardum Hampul finita est in vigil. s. Francisci monachi monachorum.«

f. 142^b—143^b (anepigr.) Tractatus de membris dei fine carens. »De essencia divinitatis« etc.

1883 *X. D. 4.* (*Y. I. 4. n. 115.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 399, 29 $\times$ 21 cm. d. m.

Petri Pictaviensis Dictionarium theologicum (alibi dictum »Quodlibet« vel »Repertorium morale«, hic in fronte f. 1^a a bibliothecario S. J. nuncupatum »Alphabetum seu Polyanthea«).

f. 1^a »A a a domine deus nescio loqui« $\times$ f. 398^b (zelus) »De zelo Pauli bono et malo Act. 9.«

f. 399^a Notae variae theologicae.

Operculo infer. adligatum est fragmentum membr. codicis liturgici saec. XII.

1884 *X. D. 5.* (*Y. I. 4. n. 117.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 149 num., 30 × 23 cm. 2 m.

f. 1a—11b **Isidori Hispalensis Synonyma.** »In subsequenti hoc libro« × »sine omni indigencia.«

f. 13a—17a **»Concordancia veteris et novi testamenti«** (Vita Christi in Veteri Testamento praefigurata.)

f. 19a—132b **S. Johannis Chrysostomi Homiliae super Matthaeo.** »Sicut referunt Matheum« × »Expl. liber Crisostomi super Matheo de imperfecto opere.«

f. 132b—141b **Milicii Sermones duo synodales**: 1. »Sacerdotes contempserunt,« 2. »Grex perditus factus est«.

f. 141b—147a **Sermo synodalis super »Audite reges et intelligite«** × »Expliciunt sermones tres synodales.«

f. 147b—149b Sermo de dedicatione super »Egressus Jesus.«

In fol. praeligato occurrit imago calamo delineata virginis coronatae, sinistra ecclesiam, recta palmam tenentis (b. Agnetis Bohemicae?). Ibidem est monogramma PP (Procopii Plznensis), ideo postea codex erat collegii Nationis Boh., sed vetus sign. A, 39 cum cat. Rudnic. non congruit.

1885 *X. D. 6.* (*Y. I. 4. n. 118.*)

chart. a. 1449 ff. 231, 31 × 21·5 cm. 1 m. cum init. pict.

Nicolai de Lira Postilla super Proverbia, Ecclesiasten, Canticum canticorum, libr. sapientiae, Ecclesiasticum, Daniel, historiam Susannae, Prophetas minores, Macchabaeorum.

f. 1a »Collacio doctoris de Lira super libros sapienciales. Ecce descripsi eam tibi tripliciter« × f. 231b »Finita est postilla super totum vetus testamentum a. d. **1449** fer. III in die translacionis Wenceslai comparata per vener. Mathiam curatum rectoremque in spiritualibus ecclesie Lamfrid in Porziecz s. Petri anno vero ducatus Vboreczkonis (Georgii de Poděbrad?) secundo.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici saec. XIV.

1886 *X. D. 7.* (*Y. I. 4. n. 119.*)

chart. a. 1403 ff. 199, 30 × 21·5 cm. 1 m.

Roberti Holgot Postillae super Librum sapientiae pars II (a cap. 97).

f. 1a »Michi autem dedit deus . . . Hec est quarta pars principalis huius capituli VII« × f. 199b »Explicit postilla super librum sapiencie edita a fr. Roberto Holgoth ord. pred. . . . scripta per manus **Martini de Lhota dicta Patrzyn** a. d. **1403** mense vero Julii XXI die in vigil. s. Marie Magd.« . . .

Operculo utrique adligata sunt fragmenta membr. codicis ut videtur liturgici saec. XIV, superiori insuper fragmentum chart. cod. theol. saec. XIV—XV. Vetus sign. S, 2.

1887 *X. D. 8.* (*Y. I. 4. n. 120.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 348, 31 × 21·5 cm. 1 m.

Michaelis de Massa Parisiensis ord. erem. s. Aug. **Commentarius in Matthaei evangelium.**

f. 1a »Erunt fructus eius in cibum . . . Richardus libr. VII« × f. 348b (cap. 27) »posset dici quod ipsi stabant« (cetera desunt codice mutilato). Nota in operculo superiore: »Liber Mri Simonis de Rokyczan.«

1888 *X. D. 9.* (*Y. I. 4. n. 121.*)

chart. a. 1394 ff. 96, 31 × 21·5 cm. 1 m.

f. 1a—83b **Jacobi de Teramo Processus Belial alias peccatorum consolatio.** »Universis Christi fidelibus . . . Jacobus de Theramo« × »ad vitam perhennem. Et sic finitus est a. d. **1394** die VII mensis Octobris. Scriptus et finitus est presens liber a. d. . . . (rasura) in vigil. ss. Philippi et Jacobi apost. per L. de N.« (sic).

f. 84a—94b »**Historia Joseph translata de arabico in latinum per Alfuncium de Hispania**, quam scripsit in Egypto existens in carcere Zoldani a. d. 1336. Jacob autem habuit« × »Expl. Josephus translatus« etc. ut supra.

f. 94b—96b **(Nigelli Wirekeri) Speculum stultorum seu Brunellus.** (Adest tantum epistola prooemialis ad Wilhelmum et duo versus initiales poëmatis codice mutilato.)

Operculis adglutinata erant fragmenta membr. actorum iudiciariorum archiep. Prag. saec. XIV quae nunc separatim asservantur, adligatum vero superiori fragmentum membr. literarum Johannis II archiep. Prag. ecclesiam in Nassmerzicz concernentium. Ut edocemur registro contentorum in operculo superiore, codice isto post Brunellum olim continebatur »Ganifredus de statu curie Romane.« Vetus sign. G, 25.

1889 *X. D. 10.* (*Y. I. 4. n. 122.*)

chart. saec. XV (pars a. 1415) ff. 228 num., 31 × 21·5 cm. d. m.

f. 1a—35a »**M. Jacobi (de Misa) Responsiones contra dicta M. Andree Brode circa materiam de communione calicis.**« »Premissis posicione« × »Expl. tractatus M. Jacobi predicatoris egregii, in quo respondet doctori A. . . qui sub specie pietatis veritatem . . verbis videtur impugnare.« (Hardt III, 416.)

f. 35a—35b Quaestio »utrum corpus Chr. sit tantum et tante sacramentaliter in altari, quantum existit in celo localiter«.

f. 35b—45b **(M. Johannis Wiclif XXXIII) »Conclusiones** extracte ex libris diversis cuiusdam doctoris ewangelici valentes ad cognoscendum vitam palliatam et ypocriticam sacerdotum modernorum . . . Cristus deus noster, caput universalis ecclesie« × »compendiosius dabit pacem«. (Shirley p. 23 sub titulo »de paupertate Christi«.)

f. 45b—59a (anepigr.) **Tractatus de peccatis eorumque remediis.** »Racio veneni potissime convenit peccato« × »aliis derelictis.«

f. 59a—68b (anepigr.) **M. Johannis Hus Sermones duo**: **1.** »**Ego sum pastor bonus,**« **2.** »**Dixit Martha ad Jesum.**«

f. 68ᵇ—70ᵃ (anepigr.) Sermo de ascensione: »Hic Jesus, qui assumptus est«.

f. 70ᵃ—72ᵇ (anepigr.) **M. Johannis Hus Sermo super »Spiritum nolite extinguere«.**

f. 72ᵇ—80ᵇ (anepigr.) **Tractatus de excellentia sacrae scripturae.** »Ubi duo vel tres congregati fuerint« X »divino iudicio confirmatur.«

f. 80ᵇ—82ᵇ (anepigr.) **Tractatus de simonia.** »Nunc restat post predicta modicum de symonia« X »sacerdocii honore spolietur.«

f. 83ᵃ—99ᵇ **(Matthaei de Cracovia)** »**Speculum aureum de simonia editum** tempore Bonifacii IX per magistrum quendam Parisiensem et sibi presentatum et ab eo confirmatum. Reverend. in Chr. patribus« X »arripuit negocium **anno** currente **1404** . . . et eodem anno complevit . . . pro ecclesie concilio generali.« (Cf. Loserth, Mitth. d. Instit. XI, 316, qui opus hoc **Matthiae Parisiensi** falso attribuit; in edit. Goldasti (Monarchia II, 1527) occurrit auctor Paulus Anglicus, de vero auctore cf. Sommerfeldt in Ztsch. f. G. d. ORheins XVIII, 417.)

f. 100ᵃ—104ᵃ (anepigr.) **M. Johannis Hus Defensio articulorum Wiclif 14 et 15.** »Quia scienter vel sine racionabili examine« X »extinguere ewangelium dom. nostri J. Chr.« (Edit. Norimb. 1558 I, 111.)

f. 104ᵃ—106ᵇ **M. Johannis (de) Valkemberk Tractatus de renunciatione papatus.** »Ad pauca respicientes« X »et veri hominis J. Chr., qui« etc.

f. 106ᵇ—107ᵃ »Dictum quoddam ad scolares Oxonienses Lincolniensis« (= **de fratribus ad scholares Joh. Wiclif,** cf. Shirley p. 28).

f. 107ᵇ—108ᵇ (anepigr.) **Tractatus de attributis dei.** »De essencia divinitatis« X »manifestum demonstrare «

f. 108ᵇ—112ᵇ **Recommendationes baccalaureandorum et magistrandorum.**

f. 113ᵃ—113ᵇ Quaestio de dimissione peccatorum. »Questio est: si dimissum fuit peccatum David« etc.

f. 113ᵇ—114ᵇ **Recommendationes baccalaureandorum** duae: 1. »Quere bonos mores«, 2. »**Recte vivas**« (altera **M. Johannis Hus** — Höfler, Script. rer. hus. II, 95).

f. 114ᵇ—115ᵇ **M. Stanislai de Znoyma Recommendatio rectoris Pragensis**: »Induite vos armatura dei.«

f. 115ᵇ—117ᵃ **M. Johannis Hus Recommendationes baccalaureandorum duae: 1. »Quere quid sit virtus et esto exemplar honesti«, 2. »Instrue preceptis animum«** (ibidem p. 96).

f. 117ᵃ—120ᵃ **(Eiusdem) Quaestio de arguendo clero** (= edit. Norimb. 1558, I, 149).

f. 120ᵃ—122ᵇ **(Milicii) Sermo synodalis super »Sacerdotes contempserunt legem meam«.**

f. 123ᵃ—128ᵃ **Sermones quatuor, quorum tres ad clerum.** (1. Et postquam consummati sunt, 2. Simile est regnum celorum patrifamilias, 3. Postquam impleti sunt dies purgacionis).

f. 128ᵇ—163ᵇ **Quaestiones super libros Sententiarum.** »Questio super dist. IV sent. XVIII. Utrum sacerdos per potestatem clavium possit quoad penam dimittere peccatum« X »Utrum sathanas apparens in specie Christi possit sine peccato latria adorari . . . et adulterio excusatur.«

f. 163ᵇ—178ᵇ **B. Hieronymi Expositio super Ecclesiasten.** »Carissimi, me fere ante quinquennium« × »et bonum malum. Expl. expos. b. Jeronimi s. E. a. d. **1415** proxima fer. III post festum Jacobi.«

f. 179ᵃ—180ᵇ (anepigr.) Johannis Wiclif Conclusionum XXXIII fragmentum initio carens (cf. f. 35ᵇ—45ᵇ).

f. 180ᵇ—189ᵃ Tractatus de peccatis (idem atque f. 45ᵇ—59ᵃ).

f. 189ᵃ—201ᵇ Sermones et tractatus iidem atque f. 59ᵃ—80ᵇ.

f. 201ᵇ—206ᵇ »Collecta super symonia« (Est idem tractatus atque f. 80ᵇ—82ᵃ, sed auctor vel potius collector hic a f. 203ᵃ fusius divagatur disserens de abusionibus claustri et de monachis, denique f. 204ᵇ de poenitentia sacerdotum agit et varias notas theologicas adiungit cum hoc fine: »Et tantum de prima parte penitencie, scilicet de contricione, fletu, risu, cantu et oracione« (!)

f. 206ᵇ—208ᵇ **Tractatus** »de secunda parte penitencie« (**= de confessione).** »Secunda pars penitencie dicitur confessio« × »Et tantum de isto triplici iudicio.«

f. 208ᵇ—211ᵇ **Tractatus »de decimis et oblacionibus«.** »Ut in sepe dicto cap. Duo sunt XII q. 1« × »propriis studere diviciis.«

f. 211ᵇ—214ᵇ **»Liber b. Richardi (de S. Victore) de potestate solvendi atque ligandi sacerdotali.«** »Quodcunque ligaveris . . . Queris a me« × »cui non imputavit deus peccatum. Expl. liber Rychardi de potestate clavium.«

f 215ᵃ—219ᵃ »Incipiunt questiones Orosii ad. b. Augustinum. Licet multi et probatissimi viri« × »mirabilius in se reformavit.« (Est **b. Augustini Dialogus quaestionum 65).**

f. 219ᵃ—220ᵇ **Eiusdem Libellus de disciplina christiana.** »Locutus est ad nos« × »conversi ad dominum.«

f. 220ᵇ—228ᵇ »Incipit **Tractatus cuiusdam iuriste de usura.**« »Species usure sunt due« × »audacius loqui. Hec autem ad presens dicta sufficiant.« (In cod. III. G. 9 tractatus hic M. **Nicolao de Drážďan** attribuitur).

In folio praeligato manu saec. XV exaratus est catalogus contentorum prohdolor mancus. Vetus sign. M, 28.

1890 *X. D. 11.* (*Y. I. 4. n. 123.*)

chart. saec. XV in. ff. 214 num., 31 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

f. 1ᵃ—130ᵃ **Johannis Wiclif Tractatus de ecclesia** (Summae theol. l. VII). »Quia nonnulli eciam illi, qui videntur« × »licet profuit per accidens. De isto alibi. Explicit.«

f. 130ᵃ—210ᵇ **Eiusdem Tractatus de officio regis.** (Summae l. VIII.) »Consequenter ad ordinem clericalem« × »defendere partem suam.«

f. 210ᵇ—212ᵃ »Sentencia de officio regis in compendio sic habetur« (= Argumentum operis).

f. 212ᵃ—214ᵇ »Sentencia tractatus de s. matre ecclesia in compendio sic habetur« (= Argumentum).

Cod. recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 41, sed auctorem non agnovit. Codice hoc usus est Loserth in sua edit. »Tract. de eccles.« London 1886. Nota in operculo superiore: »A Mag. Petro de Zepekow exemi tria volumina, tercium adhuc habet in 30 gr.« Vetus sign. A, 16.

1891 *X. D. 12.* (*Y. I. 4. n. 124.*)

chart. saec. XV ff. 219, 31 × 21 cm. 2 m.

Testamenti Veteris libri: Josue, Judicum, Ruth, Regum cum notis marginalibus.

f. 218a »**1454** fer. VI ante Symonis et Jude correctus est liber per **Mag. (Petrum de Dvekačovic) dictum Bibat.**«

f. 218b—219a Alexandri de Villa Dei Versus capitula librorum superiorum exprimentes.

In folio praelig. et operculis multae notae theologicae occurrunt, item in fronte operculi super. index contentorum cum hoc fine: »1452 anno fer. II in vigilia Jacobi maioris«.

1892 *X. D. 13.* (*Y. I. 4. n. 125.*)

chart. saec. XV (pars a. 1444) ff. 243 num., 30·5 × 22 cm. d. m.

f. 1a—206b »**Liber de exemplis et similitudinibus omnium rerum naturalium.**« »Habet argentum venarum suarum principia« × »cuius nullus est finis, ad quod nos perducat« etc.

f. 206b—212b Registrum operis praecedentis. In fine: »a. **1444**«.

f. 213b—211a (sic) **Johannis** de Gersano (**Gerson**) **Tractatus de pollutionibus.** »Dubitatum est aput quosdam« × »hoc est omnis homo.«

f. 212a—243a (anepigr.) **Davidis de Augusta Tractatus de septem profectibus religiosorum.** »Profectus religiosorum« × »servo proprio et figmento suo.«

1893 *X. D. 14.* (*Y. I. 4. n. 126.*)

chart. a. 1470 ff. 308, 31·5 × 22 cm. d. m.

Origenis Homiliae in Genesin, Exodum, Leviticum, Numeros.

f. 1a »In principio creavit deus . . . Quid est principium« × f. 300b »quorum capilli numerati sunt per J. Chr.« etc. (alia manu, quae sequens registrum addidit:) »Explicit. Terminavi lecturam cum registro a. **1470** fer. IV post Remigii.«

f. 301a—308a Registrum homiliarum.

Operculo infer. adligatum est folium membranaceum, in quo occurrunt variae formulae medicae (una bohemica est) et commemorantur hi medici: »Ecce habes consilium Johannis doctoris« — »Iste siropus Mgri Georgii, qui reliquit Judeorum errorem christianus iam factus«. Vetus sign. B, 6.

1894 *X. D. 15.* (*Y. III. 6. n. 22.*)

chart. saec. XVII (pars a. 1674) ff. 207, 31·5 × 20 cm. 2 m.

f. 1a—165a **Exhortationes quadragesimales auctore quodam patre S. J.**, cuius nomen ignoramus folio ultimo scisso. Tantum superest in segmento a. **1674**, quo opus absolutum est.

f. 166a—207b **P. Augustini Reiman, Silesii Ossoblaviensis, S. J., Exhortationes domesticae.**

Nota in fol. praeligato: »Catalogo S. J. Pragae ad S. Clementem inscriptus a. 1743«.

1895 1896 *X. D. 16.* (*Y. III. 6. n. 16. & 17.*)

chart. a. 1733—34 ff. 424 et 295, 33 × 20 cm. d. m.

Johannis Pauli Oliva, praepos. gener. S. J., Stromatum tomi II et III in titulos communes redacti a P. Jacobo Heissler S. J. annis 1733—34.

Tomum I vide VIII. A. 11.

1897 1898 *X. D. 17. a & b.*

chart. saec. XVII ff. 759 & 327, 33 × 20 cm. d. m.

(Caroli de Grobbendoncq S. J.) Historia »de ortu et progressu spiritus politici«. Decades II et III.

Decas I. prodiit Pragae a. 1666. Decadem II vide etiam sub VII. B. 12. Decadem IV vide sub VIII. B. 9.

1899 *X. D. 18.*

chart. a. 1724 ff. 388, 33 × 21 cm. 1 m.

Onomasticon biblicum, voces »Aaron — Apostolus« tantum continens.

In fronte f. 1ª annotatum est: »S. Bruno. 6 oct. **1724.**«

1900 *X. D. 19.* (*Y. III. 6. n. 20.*)

chart. autographus saec. XVII ex. ff. 273, 33 × 21 cm.

f. 1ª — 137ᵇ (titulus alia manu exar.) **Sacra religio carnalis temporalisque pietatis victrix, triumphatrix,** sive vindicationes religiosorum filiorum pro spiritus eorundem libertate adversum praetensas temporales obligationes erga parentelam carnalem (tertia manu:) adornatae et conscriptae a r. p. **Joanne Waldt S. J.**

f. 138ª—273ª **Eiusdem Exhortationes domesticae.**

Inter ff. 70 et 71 inserta est: **»Innocentii papae XII Constitutio moderatoria donationum et distributionis redituum ecclesiasticorum in consanguineos vel affines Romani pontificis . . . data Romae 10 kal. Julii 1692 . . . recusa Pragae typis univers. ad S. Clem. a. 1692«.**

1901 *X. D. 20.* (*Y. III. 6. n. 6.*)

chart. saec. XVII ff. 119, 35 × 21 cm. d. m.

»De mente veterum DD. Scholasticorum praecipue Doctoris Angelici (s. Thomae de Aquino) **in quaestione de immaculatissimae Virginis Conceptione Syntagma theologicum«** (auctore quodam **P. S. J.** — Opus adversus Cichovium S. J. conscriptum).

1902 *X. E. 1.* (*Y. III. 4. n. 32.*)

chart. saec. XV (partes a. 1429 et 1433) ff. 313, 22 × 15 cm. 2 m. cum init. pict.

f. 1ª—227ª **Aegidii de Columna Romani De regimine principum libri III.** »Ex regia et sanct. prosapia oriundo . . Philippo« × »suis promisit fidelibus, qui est benedictus« etc.

f. 228^a—256^b **Aristotelis Oeconomica cum commentario.** (Comm:) »In minimis quoque rebus« (textus:) »Iconomica et politica differt« X »Explicit liber Iconomicorum ipsius Aristotelis minor sub a. d. **1429** finitus III fer. post Oculi in sillaba Mar.«

f. 256^b—257^a »An vir sapiens debeat uxorem ducere.«

f. 257^a (sic)—313^b **Senecae** (recte **Martini Braccarensis**) **Liber de quatuor virtutibus cardinalibus cum commentario et interpretatione bohemica (Spis o čtyřech ctnostech stežejných).** »Pessimus est ille, qui ad se ipsum . . . Quatuor virtutum sunt species« X »Explicit liber Senece de 4 virtutibus cardinalibus finitus per me **Andream a Oseczno** . . . . finitus IV fer. in illa sillaba Vincenti a. d. **1433.**« (Český text vyd. Hanuš v M. Výb. str. 79 a n., srovn. též Čas. Mus. 1861 str. 343).

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici saec. XIV.

1903 *X. E. 2.* *(Y. III. 1. n. 21.)*

chart. saec. XV—XVI ff. 32, 22 X 16·5 cm. 1 m.

Cantionale latino-bohemicum (Kancionál latinsko-český, obsahující písně české: 14^b »Buoh všemohúcí«, 19^a »Utěšený nám den nastal«, 20^a »Hospodine pomiluj ny« — s notami!, 29^a »Svatý Václave«. Vyd. Hanuš v M. Výb. str. 63, cf. Flajšhans Pam. 86.)

Codex coopertus est fragmento membran. lit. ad episc. Cracov. datarum in causa provisionis M. Wilhelmi Meynardi canon. Cracov. Cod. rec. Dreves Cant. boh. p. 15.

1904 *X. E. 3.* *(Y. III. 4. n. 29.)*

chart. saec. XV ff. 241, 22 X 15 cm. d. m.

f. 1^b—3^a Excerpta ex historiographi Hegesippi libr. III°.

f. 4^a—132^a **Excerpta de Josephi Flavii libris antiquitatis Judaicae.**

f. 133^b—135^b & 172^a—177^b **Excerpta ex eiusdem bello Judaico.**

f. 136^a—171^a **Excerpta de Eusebii Caesariensis Historia ecclesiastica.**

f. 179^a—183^a Notae et excerpta theologica varia.

f. 183^a—193^a **Excerpta e Confessionibus s. Augustini.**

f. 194^a—208^b (binis columnis — anepigr.) **Tractatus de praepositionibus et coniunctionibus.** »Adversus notat contrarietatem« X »quod sor currat.«

f. 209^a—209^b »Sacra scriptura throno Salomonis comparatur.«

f. 209^b—230^a (anepigr.) **Quaestiones super initialia aliquot capita evangelii s. Matthaei.** »Mattheus ex Judea . . . In principio huius prologus (sic) primo queritur« X »vestigiis eius inherendo«.

f. 231^a—238^a »Incipiunt divisiones dominicarum per circulum anni« (Notae ad epistolas dominicales et festivales spectantes, praedicatoribus utiles).

f. 238^a—241^b Notae variae (f. 239^a **Revelatio, quam deus ostendit Esdre magno sacerdoti de eventu anni per introitum Januarii**; f. 241^b de 12 effectibus sanguinis Christi).

Operculis adgligata sunt fragmenta membr. codicis saec. X—XI, quibus continetur pars cantici canticorum cum commentario marginali. Vetus sign. B, VI.

1905 *X. E. 4.* (*Y. III. 4. n. 33.*)

chart. saec. XV ff. 294, 21·5×15·5 cm. d. m.

f. 1ª—193ª **S. Johannis Chrysostomi Commentarius super Matthaeum** (opus imperfectum). »Sicut referunt Matheum« × »in actibus apostolorum leguntur. Hic est finis Cr. de imperf. opere.«

f. 193ᵇ—195ª (anepigr.) **Tractatus de traditore veritatis.** »Multorum christianorum genera« × »sed non communi et alieno« (finis deesse videtur).

f. 196ᵇ—198ª (anepigr.) Initium dictionarii theologici continens tantum aliquot voces lit. A (abstinentia — alter).

f. 199ª—203ª Registrum operis sequentis alphabeticum.

f. 203ᵇ—292ᵇ (anepigr.) **M. Johannis Hus Tractatus de ecclesia.** »Cum quilibet viator« × »aliis in posterum disserendis.«

f. 293ª—294ª (anepigr.) **Výklad sv. Trojice.** »O wysokosti nade wsemi nebi« × »dale psati przestaneme.« Vyd. Hanuš v M. Výb. str. 69.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis grammatici (Donati) saec. XIV—XV. Nota in operculo superiore: »Liber Pauli de Slavikovicz.« Vetus sign. A, 23.

1906 *X. E. 5.* (*Y. III. 4. n. 5.*)

chart. saec. XIV ff. 252, 21·5×15 cm. d. m.

Sermones de tempore et sanctis. Pars hiemalis.

f. 1ª »Venite post me . . . De istis piscatoribus« × f. 252ᵇ (de dedicatione?) »ut quid terram occupat . . . Et sic est finis partis yemalis.«

1907 *X. E. 6.* (*Y. III. 4. n. 6.*)

chart. a. 1452 ff. 228, 21·5×15·5 cm. 2 m.

f. 1ª—225ᵇ **Bertrandi de Turre Nobili Sermones super epistolas missalis.** »Incipiunt epistole dicti dom. Pertrandi per circulum anni. Fratres scientes . . . S. mater ecclesia« × »Expliciunt epistole Mgri Pertrandi sic dicti a. etc. LII« **(1452).**

f. 226ª—228ᵇ »**Canones apostolorum, qui per Clementem Romanum pontificem de greco in latinum dicuntur esse translati.** Episcopus a duobus aut tribus episcopis ordinetur« × »baptisantes eos in nomine p. f. s. s.«

F. 59ᵇ—61 insertae sunt variae notae theologicae, quarum una excerpta est de libro V de civili dominio »doctoris evangelici« (= Joh. Wiclif).

1908 *X. E. 7.* (*Y. III. 4. n. 7.*)

chart. saec. XV ff. 187, 21×15 cm. d. m.

Sermones diversi auctoribus magna ex parte Husitis, quorum unus tantum (auctor 3 sermonum) nominatur: **M. Johannes de Příbram** f. 55ᵇ et 60ª.

Sermonibus inserta sunt haec bohemica:

f. 39ª (M. Jana Husi?) Výklad »alleluya«.
f. 41ᵇ—42ª **Jména svátostí, hříchův, darův ducha sv.**, skutkův milosrdných, smyslů tělesných, blahoslavenství, ctností atd.

Registrum sermonum annotatum est in operculo super. Operculo super. adligatum est fragmentum membr. Doctrinalis Alexandri saec. XIV, inferiori fragm. membr. codicis liturgici eiusdem saeculi. Vetus sign. F, 5.

1909 *X. E. 8.* (*Y. III. 4. n.10.*)

chart. saec. XV (circa a. 1416) ff. 276, 23 × 16 cm. d. m.

Sermones diversi passim bohemice glossati vel potius rudimenta sermonum indigestorum.

In fronte f. 90ª haec nota occurrit: »A. d. 1416 in Kozmicz.« Auctor sermonum fortasse est fr. Theodoricus, qui a. 1416 rector ecclesiae Kosmicensis evasit. Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturg. saec. XIV.

1910 *X. E. 9.* (*Y. III. 4. n. 15.*)

chart. saec. XV ff. 214, 21·5 × 15·5 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1ª—36ᵇ **Hermae Pastor cum glossis bohemicis in margine.** »In hoc corpore continetur liber, qui appelatur pastoris . . . Que enutrierat me« × »virgines in domum meam. Sabbato die in vigil. martyrum gloriosorum omnium Boemorum pro lege Christi occisorum.«

f. 37ª—67ª **Johannis Wiclif De officio pastorali libri duo.** »Cum duplex debet esse« × »regis regum. Expl. pastorale doctoris ewangelici.«

f. 67ª—68ᵇ Registrum operis praecedentis.

f. 69ª—126ª (anepigr.) **Eiusdem Tractatus de simonia.** (Summae lib. X.) »Sentencia tractatus . . . Post generalem sermonem« × »semper regnat. Explicit hoc verum conculcans Symonis clerum | Cunctos cum papis mordens monachisque prelatis.«

f. 126ª—131ª Registrum operis praecedentis.

f. 132ª—137ᵇ **(Eiusdem) Tractatulus de septem donis spiritus sancti.** »Cum spiritus sanctus« × »istarum errorem multipliciter prophetavit.«

f. 138ª—146ª **(Eiusdem) Tractatus de triplici vinculo amoris.** »Tria sunt vincula amoris« × »secundum regulam legis dei. Expl tract.« etc.

f. 146ᵇ—150ª **(Eiusdem) Tractatus de ordine christiano.** »Ad declarandum veritatem« × »libere acceptanda. Expl. tract. de ord. chr.«

f. 150ᵇ—151ᵇ **(Eiusdem) Dictum de gradibus cleri sive de ordinibus ecclesiae.** »Quidam secularis« × »perturbat multipliciter illum nidum. Expl. dictum« etc. ut supra.

f. 151ᵇ—156ᵇ **(Eiusdem) Tractatus de citationibus frivolis et aliis versutiis Antichristi.** »Si papa vel eius vicario« × »secura sibi serviat libertate. Expl. tract.« etc. ut supra.

f. 156ᵇ—174ª **(Eiusdem) Responsio ad argumenta cuiusdam aemuli veritatis.** »Quidam socius« × »talem legem. Et hec dicta sufficiant pro presenti. Explicit responsio« etc. u. s.

f. 174ᵇ—194ª **(Eiusdem) Tractatus de fundatione sectarum.** »Motus sum per quosdam« × »de sua ecclesia sit ablata.«

f. 194ª—206ª (anepigr.) **Eiusdem De religione privata partes duae.** »In materia de religione privata« ╳ »quare ordines sunt privati.«

f. 206ª—207ᵇ »**Raciones sex cuiusdam discipuli M. Johannis Wiclif de hac questione, utrum licet seculari clerum delinquentem castigare.**« »Discipulus quidam vener. doctoris ewangelici« ╳ »mortaliter peccantes. Iste sunt sex raciones« etc. u. s.

f. 208ª—209ª **(Johannis Wiclif) Tractatus de dissensione paparum.** »Quia ista monstruosa dissensio« ╳ »tamquam fidem. Expl. epistola missa ad episcopum Nortwicensem propter cruciatam.«

f. 209ª—210ª **(Eiusdem) Epistola ad episcopum Cantuariensem.** »Venerab. in Chr. pater« ╳ »extraneus legislator«.

f. 210ᵇ—214ª **(Eiusdem) Tractatulus de imaginibus.** »Ignorante quodam socio« ╳ »poterit liberari«.

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. documenti cuiusdam iudicialis editi a Nicolao Puchnik saec. XIV ex. In eodem fragmento verso annotatus est catalogus contentorum mancus et mutilus. Codicem hunc recens. Buddensieg: J. Wiclifs Lat. Streitschriften p. L et textibus usus est in hoc suo libro, item Herzberg-Fränkel & Dziewicki in praef. edit. Tractatus de simonia, London 1898, p. X. Per errorem Shirley in suo Catalogo p. 22 affirmat hoc codice etiam contineri Wiclifi epistolam de octo quaestionibus.

1911 *X. E. 10.* (*Y. III. 3. n. 8.*)

chart. saec. XV (pars a. 1443) ff. 268, 21╳15 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1ª—131ᵇ (anepigr.) **Nicolai de Blonie Tractatus de administrandis rite ecclesiasticis sacramentis, de celebrandis sacris missarum solemniis et censuris ecclesiasticis canonice observandis.** »Medice, cura te ipsum« ╳ (conclusio) »mercedem capiemus.«

f. 132ª—239ª **Johannis (recte Henrici de Merseburg) Summa super quinque libros decretalium.** »Sicut dicit lex de veteri iure« ╳ »sed grates referendo. Et sic est finis huius operis. Explicit opus summa Johannis (etc. u. s.) sub a. **1443.**«

f. 239ª—240ª Registrum operis praecedentis.

f. 241ª—246ᵇ (anepigr.) **Divisio iuris.** »Quoniam humanum genus« ╳ »compilacio Gregoriana et compilacio antiqua idem sunt.«

f. 247ª—253ᵇ »**Registrum metricum super Decretum**« **cum notis interlinearibus.** »Primo summa fides« ╳ »pars docet yma. Explicit registrum« etc. u. s.

f. 253ᵇ—258ª »Sequuntur Significata et termini quinque librorum Decretalium nec non interpretaciones earundem.«

f. 258ᵇ—268ᵇ (anepigr.) **Alexandri de Villa Dei Summa bibliorum metrica.**

1912 *X. E. 11.* (*Y. III. 4. n. 16.*)

chart. a. 1432—33 ff. 361, 21·5╳14·5 cm. 1 m.

Registra operum Johannis Wiclif, quae sequuntur, **magnam partem a. M. Petro Payne Anglico composita et ordine alphabetico digesta.** (De theologica veritate = de verit. sacrae scripturae. De ecclesia. De officio regis. De potestate papae. De simonia. De apostasia. Opus

anepigraphum. Trialogus. De eucharistia. De materia et forma. De tempore (non Anglici). De ideis (non Anglici). De materia et forma (idem regist. atque supra). De dominio divino. Decalogus. De civili dominio.)

f. 359ª—361ᵇ Notae theologicae variae (ex. gr. »utrum doctrina cerimonialium sit rerum et signorum vel signorum tantum«. De 4 sensibus sacrae scripturae).

Operculis adligata sunt fragmenta duorum codicum membr. liturgicorum saec. XIII et XIV.; item infer. adglutinatum fragmentum chart. liter. proclamationis ad ecclesiam in Ronow a. 1419. Vetus sign. A, XIX.

1913 *X. E. 12.* (*Y. III. 4. n. 31.*)

chart. saec. XV ff. 184, 21·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—33ᵇ **(Johannis Vallensis) Breviloquium de virtutibus antiquorum principum et philosophorum.** »Quoniam, ut dicit Salomon« × »qui est principium virtutum et finis. Expl. vita philosophorum cum breviloquio.«

f. 34ª—84ᵇ **Thomae de Aquino Tractatus de vita Christi.** »Cristus Jesus venit in hunc mundum« × »quam astuta verba.«

f. 85ª—123ª **S. Hieronymi Epistolae ad diversos.**

f. 124ª—184ᵇ **Registrum IV librorum Sententiarum Petri Lombardi.** »Abyssus — ypocrita.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. literarum cuiusdam papae, quibus cuidam N. quondam Simonis de Lapanicz, clerico Olomuc. dioeceseos indulgentiae conceduntur (saec. XIV—XV). Utrique vero operculo adglutinata sunt fragmenta chart. actorum iudiciariorum archiep. Prag. causam Zavissii plebani in Perucz concernentium (saec. XIV ex.). Vetus sign. H, 13.

1914 *X. E. 13.* (*Y. III. 4. n. 48.*)

chart. saec. XIV et XV ff. 229, 21 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—19ª saec. XV ex. **Nicolai de Lira Tractatus contra Judaeum.** »Potens sit exhortari« × »falso terminavit. Et sic est amen.«

f. 19ª—19ᵇ Notae quaedam contra Pighartos a. 1539 addita.

f. 20ª—61ª saec. XV ex. »**Excerpta concordanciarum totius biblie per ordinem alphabeti.** Et licet integer liber concordanciarum, de quo hoc est excerptum, contineat V libros seu V partes, hoc autem excerptum redactum est in unum librum . . . . Affectus et intellectus debet purgari« × ymago . . . vultum suum super nos. Expliciunt concordancie scriptu rarum pro certis materiis inveniendis.«

f. 62ª—73ª saec. XV ex. »**Registrum super libros Sentenciarum (Petri Lombardi) per ordinem alphabeti.** Abortivi quomodo resurgent« × »Tortor quem homicida« (cetera desunt).

f. 74ª—83ᵇ saec. XIV. **Evangelium Nicodemi.** »Igitur Anna et Cayphas« × »et ipsum credimus dei filium per omnia s. s. Expl. ewang. Nic.«

f. 83ᵇ—85ª saec. XIV. (anepigr.) **Historia de Secundo philosopho perpetui silentii.** »Secundus philozopus et hic philozophatus est omni tempore silencium« × »Explicit philozopia bona.«

f. 85^b—88^b saec. XIV. »Incipit **Liber de Adam,** qualiter vixit, quando fuit eiectus de paradiso.« Sequitur »de formacione Ade et de nomine eius.«

f. 89^a—101^b saec. XV ex. »Sequuntur quedam Puncta medicine et primo de auditu« (= **Formulae medicae**).

f. 102^a—194^a saec. XV (anepigr.) **Vocabularius latinus.** »Alma i. e. virgo abscondita« × »zozmus nanum (?) vivax vividus. Et sic est finis.«

f. 195^a—226^a saec. XIV—XV. (anepigr.) Verba latina cum suis perfectis et supinis ordine alphabetico. »Abarceo« × »zelotipo —avi —atum.«

f. 226^b—229^b saec. XIV—XV. **Formulae dictaminum et epistolarum maximam partem scholarium pauperum bohemicorum,** qui aut victum certis temporibus colligunt (koledy), aut scholarum rectoratus expetunt. Harum formularum unam, latino-bohemicam (f. 227^a »Forma ad plebanos ridiculosa«) edid. Hanuš, Malý Výbor p. 98), quatuor aliae editae sunt Věstník Č. A. 1900 p. 567. Sequuntur quaedam **Aenigmata latina.**

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis saec. XIV, quibus continetur pars Horatianae artis poëticae. Vetus sign. F, 21.

1915 *X. E. 14.* (*Y. III. 4. n. 41.*)

chart. a. 1424 ff. 109, 22·5 × 15 cm. 1 m.

Macer De virtutibus herbarum cum commentario M. Johannis Šindel et glossis bohemicis.

f. 1^a (Comment:) »Titulus huius libri est talis« (Textus:) »Herbarum quasdam dicturus carmine vires« × f. 107^b (textus) »sic apta solucio fiet« (Comment:) »et nunquam vexaberis aliquo dolore capitis . . . Explicit commentum Mgri Syndel compilatum super solempnem phisicum Mgrum Macrum et cum hoc aliis multis phisicis. Finitum a. d. **1424** II fer. post Gregorii.« Cf. Sternberg, Pflanzenkunde I, 24.

f. 107^b—109^b Nomina herbarum (sed tantum a lit. A—C incipientium) cum interpretatione bohemica. **(Jména léčivých bylin latinsko-česká.)**

Unde codex provenerit, quamquam nusquam notatur, tamen dubitari non potest, quin veteri bibliothecae Carolinae ex donatione ipsius Šindel obtigerit. Cf. Hanslik p. 30.

1916 *X. E. 15.* (*Y. III. 4. n. 4.*)

chart. saec. XV ff. 138, 21 × 15 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1^a—93^a (anepigr.) **Capellani (?) Commentarius in Donatum.** »Invocato siquidem divino auxilio« × »ut novum mane. Hiis tantis et talibus dictis finem impono operi.« (De auctore cf. notam infra.)

f. 93^a—96^b Notae variae grammaticae.

f. 97^a—128^b (anepigr.) **Grammatica latina.** »Dominus que pars? Nomen. Quare? Quia« × (de interiectionibus) »si futuri, sic est timor.«

f. 129^a—130^a Notae grammaticae.

f. 131^a—138^b Quaestiones grammaticae variae.

In fol. praeligato haec nota rubricata occurrit: »Capellanus iste est Stephani de Prostiejow et erat Wenceslai de eadem civitate . . . A. d. 1477.« Auctor catalogi nostri veteris librum attribuit Nicolao de Želina, ut videtur, respiciens cod. V. H. 21 f. 82ᵇ; sed conferendus est etiam cod. X. F. 6, quo continetur Speculum grammaticae Hugonis, capellani in Birlig. Vetus sign. V, 7.

1917 *X. E. 16.* (*Y. I. 1. n. 105.*)

chart. a. 1456 ff. 252, 22 × 16 cm. 1 m., cum init. pict.

Testamentum Novum cum prologis.

f. 240ᵇ »Explicit novum testamentum per manus cuiusdam **Nicolai** de . . . . **icz** (cultro excisum) a. **1456** in die Jacobi.«

f. 241ᵇ—252ᵇ »Registrum super ewangelia et epistolas per circulum anni« legi solitas.

1918 *X. E. 17.* (*Y. II. 4. n. 46.*)

chart. a. 1470 ff. 177, 22 × 16 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—51ᵇ **Excerpta e Speculo historiali Vincentii Bellovacensis de gestis et dictis philosophorum veterum.**

f. 52ᵃ—123ᵃ **Excerpta moralia ex diversis libris auctorum veterum.**

f. 123ᵃ—152ᵇ **Excerpta ex libro variarum Cassiodori.** »Incipit liber . . . Diccio semper agrestis est« × »Expliciunt auctoritates pociores libri variarum Cassiodori.«

f. 152ᵇ—164ᵇ **Senecae Proverbia.** »Alienum est omne« × »non ira dominetur. Expl. proverb. Senece.«

f. 164ᵇ—174ᵃ **Eiusdem Liber de remediis fortuitorum.** »Licet cunctorum poetarum« × »quid libuit, licuit. Finis libri de moribus Senece moralissimi (rubr.:) A. **1470** Prage in collegio Caroli per dom. **Rebekowsky** ad impensas Mgri Wenceslai Adnarok« (= Koranda).

f. 174ᵃ—177ᵃ Registrum super Proverbia Senecae × »Finis registri a. **1480** fer. IV post Martini in collegio Karoli per d. **M(ag.) W(enceslaum)** Adnarok« (= **Koranda**).

Operculis adligata sunt fragmenta membr. Formularii epistolarum saec. XIV ad res Italicas spectantium. In operculo super. est monogramma primi possessoris MW (= M. Wencesl. Koranda). Vetus sign. H, 8 (?).

1919 *X. E. 18.* (*Y. III. 1. n. 67.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 343, 21 × 15 cm. 1 m.

Concordantiae bibliorum.

f. 334ᵇ—343ᵇ (anepigr.) Alphabetum nominum appellativorum cum suis attributis. »Angelus purus natura, reconciliator« × »ungula dura est, lucida, tenuis, plana.«

Subscriptioni f. 334ᵃ »Expliciunt concordancie« recentior manus (saec. XIV) addidit: »Pezoldi«. Vetus sign. C, 4.

1920 *X. E. 19.* (*Y. III. 4. n. 54.*)

chart. a. 1428—32 ff. 181, 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ª—74ª **Johannis de Sacrobosco Tractatus de sphaera materiali cum commentario Martini de Lancicia.** (Comment:) »Mundi perfeccio ex 4 principiis« (Textus:) »Tractatum de spera quatuor capitulis« × »Explicit comportatum Martini de Lancicia super textum spere materialis a. d. **1430** scriptum eodem anno per manus **Stanislai de Gnezna** completumque fer. VI in capite quadragesime. Eodem anno Taborite vastaverunt Marchiam, Surbiam, Mysnam, Durniam, Fotlanciam« . . . .

f. 75ª—132ᵇ **(Eiusdem) Computus philosophicus declaratus per Martinum de Lancicia.** »Compotus est sciencia« × »sic fructificemus.« »Explicit compositus (sic!) philosophicus a. d. **1432** post conductum pasce per manus **Stanislai de Gnezna** declaratus anno eodem per Martinum de Lancicia in Nazareth.« Sequuntur notae historicae exustionem ecclesiae s. Aegidii et inundationem Prag. concernentes. Item alia manu: »A. d. 1488 circa dies caniculares declaratus est compotus philosophicus in collegio Karoli per M. Mathiam Wylemoviensem.«

f. 133ª—168ᵇ (anepigr.) **Johannis, rectoris scholae in Plavensi oppido, »Oicreper« (Repercio) motus solis et lunae cum commentario.** (Comment.:) »Circa scriptum oicreper« (Textus:) »Incipit oicreper motus solis et lune« × »diligenter servandus. Et in hoc terminatur scriptum Oicreperi secundum auctores prius in exposicione assignatos a. d. **1428** sabbato proximo ante purificacionem b. M. v.« (De auctore v. f. 133ᵇ.)

f. 169ª—181ᵇ (anepigr.) **Computus chirometralis maior cum commentario.** »Ut solis et lune motus« (Comment:) »Iste est secundus liber cirometralis, qui appellatur cirometralis maior« × »et sic ad infinitum computando. Sufficiant igitur dicta predictorum de invencione« (comment.:) »quid autem sit subtrahendum ab horis et minutis singulis annis, patet inferius in tabula.« Sequitur tabula respiciens a. 1330—1634 »secundum meridianum Erfordiensem«, sed commentator in opere suo passim reducit calculationes ad meridianum Pragensem.

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis philosophici saec. XIII—XIV, inferiori fragm. membr libri liturgici saec. XII—XIII. Vetus sign. libr. Carol. X, 31, K.

1921 *X. E. 20.* (*Y. I. 1. n. 101.*)

chart. saec. XIV ff. 127, 22·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ª—39ª **Isidori Hispalensis De summo bono libri tres.** »Summum bonum deus est« × »letificandos includit. Expl. liber tercius s. Ysidori episc. Spalensis de summo bono.«

f. 39ᵇ—53ª **Arnesti archiep. Prag. Statuta provincialia a. 1349 inserto opere de tribus punctis religionis christianae.**

f. 53ª—61ᵇ »Incipiunt **Prothemata** quondam domini **Miliczii** predicatoris.« »De angelis. Homini in peccato existenti« × (de omnibus sanctis) »Ex quo talis et tantus dominus cum solempni familia« (finis desideratur).

f. 62ª—62ᵇ **H(enrici) de Isernia Epistola ad Bonaventuram episc. Albanensem laudes ipsius continens.**

f. 63ª Sermo super »Caput in tribubus Israel factus es« (de electione K. in caput cuiusdam congregationis).

f. 64ª—82ª **Richardi Quaestiones super IV librum Sententiarum.** »Ex questionibus Rykardi super quartum Sentenciarum.«

f. 82ᵇ saec. XV **M. Johannis de Przibram Declaratio erroris** »**quod nullus sanctus . . . est implorandus**«.

f. 83ª—95ª (anepigr. deficiente initio) **Quaestiones super Aristotelis libros periermenias.** × »secunda soluta est per conclusionem quartam. Et sic est finis questionum super peryermenias.«

f. 96ª—101ª (anepigr.) **Tractatus de scientiis.** »Humana natura multipliciter ancilla est« × »Patent igitur predicta 5 premissa, scilicet quid sit sciencia, propter quid sit appetenda et querenda, quis sit modus inquirendi scienciam et que et quot sciencie universaliter sint. Antedicta in genere ad presens sufficiant.«

f. 101ᵇ—124ª **Petri Blesensis Epistolae.** »Henrico d. g. Anglorum duci« × »Expliciunt dicta bona et nobilia per organa modulancium finita«.

f. 124ª—125ᵇ Epistola R. regis Angliae ad papam de sceleribus episcopi Cantuariensis.

f. 125ᵇ—126ᵇ Innocentii papae (?) Epistola ad archiepisc. Strigoniensem et Ungariae praelatos tumultus in Ungaria condemnans.

f. 126ᵇ—127ª **H(enrici) de Isernia Epistola ad B. de Neapoli, papae notarium, laudes ipsius continens.** × »quantum noviter Bohemia transtulit ad nos (vos?) solum tamquam ad illum, in quo proiecit anchoram spei sue«.

f. 127ᵇ saec. XV. Nota de ieiuniis quatuor temporum.

Vetus sign. L, 11.

1922 *X. E. 21.* (*Y. III. 3. n. 26.*)

chart. a. 1396 ff. 90, 21 × 15 cm. 1 m.

Johannis Hautivillensis (= de Alta Villa) Architrenius cum notis interlinearibus.

f. 1ª »Velificatur Athos« × f. 87ᵇ »dilectus et ultra. Johannes Samulensis Architrenius explicit, qui interpretatur princeps lamentacionum, et est idem magister, qui speram materialem composuit (!), sub a. d. **1396.**«

f. 87ᵇ—90ª Registrum operis.

f. 90ᵇ Versus de novem Musis.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis iuridico-canonici saec. XIV. Vetus sign. K, 27.

1923 *X. E. 22.* (*Y. II. 4. n. 62.*)

chart. saec. XVI ff. 59, 21·5 × 18 cm. 1 m.

Bartholomaei Dvorensis (= Dvorský) presbyteri De sacrificii oblatione libri duo adversus Pighardos, catholicorum virorum iudicio humiliter commendati (cum epilogo M. Mathiae Corambi »dato Pragae in Slovana pridie apost. Mathiae a. 1534«).

Apographum editionis secundae libri impressi, cuius ne titulum quidem in bibliographiis invenire potuimus.

1924 *X. E. 23.* (*Y. I. 2. n. 131.*)

chart. saec. XVIII ff. 56, 21·5 × 16 cm. 1 m.

Meditationes de excellentiis beatissimae Virginis pro diebus sabbathinis totius anni authore P. Rainerio Carsughi S. J. (Interpretatio latina libri italici Romae a. 1705 impressi, cf. Backer Bibl. d. l. Comp. J.)

1925 *X. E. 24.* (*Y. I. 1. n. 3.*)

chart. saec. XV (circa 1412), ff. 393, 22 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—91ª **(M. Johannis Hus) Lectura super I lib. Sententiarum Petri Lombardi.** »Pater et filius et spir. s.« × »Expl. optima lectura super primum Sentenciarum finita a. **1412** per manus **Sigismundi**«.

f. 91ª—93ª »Quaestio 59 in numero cum consequentibus. Utrum scriptura sacra secundum quamlibet eius particulam literalem contineat veritatem.«

f. 93ᵇ—97ª (anepigr.) **Recommendatio sacrae scripturae.** »Loquimini veritatem« × »beatifice possidere« . . .

f. 98ª—125ᵇ **(M. Johannis Hus) Principia in II III et IV lib. Sententiarum.** »Si quis vestrum indiget sapiencia« × »ergo minor vera, quod erat probandum. Expl. principia in 4 libr. Sentenciarum . . . «

f. 125ᵇ—129ᵇ **Eiusdem Defensio libri de trinitate M. Johannis Wiclif.** »Tres sunt, qui« × »unus deus in secula benedictus«. (Partem ed. Höfler, Geschichtschr. II, 206.)

f. 129ᵇ—133ª **M. Jacobi de Misa Defensio decalogi M. Johannis Wiclif.** »Cum sentencia libri decalogi« × »in Chr. Jesu domino nostro.«

f. 133ª—135ᵇ **M. Simonis de Tišnov Defensio tractatus M. Johannis Wiclif de probationibus propositionum.** »Inprimis protestor« × »super maliciis hominum, cui sit laus« etc. (Partem edid. Höfler ibidem 207, opus integrum Loserth, Hus u. Wiclif p. 271.)

f. 135ᵇ—139ª **M. Procopii de Plzna Defensio tractatus de ideis M. Johannis Wiclif.** »Quia plurimi« × »pariter sempiternam, quam nobis« etc. (Ed. Loserth l. c. p. 277.)

f. 139ª—140ᵇ **Tractatus de obedientia.** »Actuum quinto« × »quod nulli potestati in malis est obediendum.«

f. 140ᵇ—142ᵇ **(M. Johannis Hus?) Sermo super** »**Tu es Petrus**«.

f. 142ᵇ—145ᵇ **(Eiusdem?) Quaestio I** »**Utrum Moyses legislator fuit sacerdos**«. (Cf. Flajšhans, Lit. činnost p. 83.)

f. 145ᵇ—150ᵇ **M. Jacobi (de Misa) Sermo super** »**Soliciti sitis servare unitatem**«.

f. 150ᵇ—155ᵇ »Quaestio II de ideis: Utrum simpliciter necessario multitudo idearum prerequiritur ad multitudinem productorum.«

f. 155ᵇ—165ª Quaestio III: »Utrum septem sunt planete . . . «

f. 165ᵇ—166ᵇ »Registrum in hunc totalem librum.«

f. 167ª—167ᵇ »**V. Epistola M. Johannis Hus**« (Palacký Docum. p. 50).

f. 167ᵇ—168ª »**VI. Epistola eiusdem**« (ibidem p. 46).

f. 169ª—178ª »Quaestio IV: Utrum summa dei sapiencia . . . omnem veritatem possibilem distinctissime unico actu simplicissimo . . . agnoscit.«

1925

f. 178^{a}—184^{b} »Quaestio V: Utrum sint alique forme universales, que neque formate sunt nec eciam formabiles.«

f. 184^{b}—190^{b} »Quaestio VI: Utrum sub ente analogo aliqua universalia sunt ponenda extra signa humanitus adinventa et intenciones ad intra.«

f. 190^{b}—191^{a} (anepigr.) Laus theosophiae.

f. 191^{b}—195^{b} »Quaestio VII: Utrum unum terminorum inter se convertibilium, ut sit, vere negari de reliquo supponente pro aliquo, sit possibile.«

f. 195^{b}—203^{b} »Quaestio VIII de prime materie potencia: »Utrum materie prime potencia a primis corporibus et ab eius essencia racionaliter sit distincta.«

f. 203^{b}—204^{b} »Quaestio IX, utrum intellectus separatus a corpore intelligit.«

f. 205^{a}—210^{a} »Quaestio X: utrum deus . . . mundum sensibilem . . . conservet, ne in nichilum redigatur« (nota in fine: »determinata est a. 1412«). Eandem cf. in cod. IX. F. 7 f. 35^{a}, ubi singulis particulis diversi magistri Pragenses disputantes adscripti sunt.

f. 210^{a}—217^{b} (anepigr.) **Tractatus de deo.** »Datur entitas communissima deo et omnibus creaturis eius« ╳ »nisi continuo possit non peccasse«.

f. 217^{b}—220^{a} **Tractatus de potentia dei.** »Notandum primo, quod potencia dei« ╳ »in talia impossibilia.«

f. 220^{a}—226^{a} **Tractatus »de creancia«.** »Creancia est produccio« ╳ »secundo est falsum«. (Isti tres tractatus **Johannis Wiclif** esse videntur.)

f. 226^{a}—227^{b} »Quaestio XI: utrum corpora celestia suo lumine, motu et influencia cuiuslibet effectus sub celo existentis sint productiva.«

f. 227^{b}—233^{a} »**Quaestio XII M. Simonis (de Tišnov): utrum secta Christianorum sit perfeccior sectis Judeorum et Saracenorum.**«

f. 233^{a}—240^{b} **(M. Jacobi de Misa)** »**Quaestio XIII: Utrum, sicut ex scriptura plene constat, Christum in plenitudine temporis personaliter advenisse, ita evidenter sit deducibile ex eadem Antichristum in complemento seculi propria venire in persona.**« (De auctore cf. cod. XI. D. 5. f. 179^{a}.)

f. 241^{a}—250^{a} **Recommendatio artium liberalium (M. Johannis Hus??** edid. Höfler Script. rer. hus. II, 112).

f. 250^{b}—253^{b} »**Quaestio XIV M. Hieronymi de Praga: Utrum a parte rei universalia sit necessarium ponere pro mundi sensibilis armonia**« ╳ »Expliciunt dicta rever. M. Hier. de Praga a. d. 1409 in quolibet rev. M. Mathie de Knijn enunciati . . . episcopo de Francia presente« . . .

f. 254^{a}—259^{a} **Tractatus de materiae primae essentia.** »Honorabilis ac laudabilis consuetudo« ╳ »perpetue veritatis.«

f. 259^{b}—261^{a} »Quaestio XV: Utrum omne testimonium fidei christiane sit verum et credibile menti sane.«

f. 261^{b}—262^{b} »Quaestio XVI: Utrum esse hominis perfectissimum consistit principalius in eius substancia quam virtute.«

f. 262^{b}—264^{a} »Quaestio XVII: Utrum omnis potencia perducetur ad actum.«

f. 265ª—270ᵇ »Quaestio XVIII: Utrum a primo ente intellectivo et immutabili . . . dependeat optima disposicio universi.«

f. 270ᵇ—281ª »**Quaestio** XIX **M. Jacobi de Misa: Utrum potest summus princeps in execucione sui mandati a minore principe impediri.**«

f. 281ª—285ª **Sermo ad clerum super »Annunciamus vobis vitam eternam.«**

f. 285ª—286ᵇ »Quaestio XX: Utrum mansuetudo est virtus clemencie condistincta.«

f. 286ᵇ—288ᵇ »Quaestio XXI: Utrum omne contingens, quod eveniet absolute, necessario eveniet.«

f. 289ª—291ᵇ »Quaestio XXII: Utrum omnis racionatus rector, supremi rectoris subditus legibus, debeat subditos precellere sapiencia et virtute.«

f. 291ᵇ—292ᵇ »Quaestio XXIII: Utrum sciencia hominis maneat in intellectu post mortem eiusdem.«

f. 293ª—294ª »Quaestio XXIV: Utrum anima separata a corpore puniatur igne corporali.«

f. 294ª—294ᵇ »Quaestio XXV: Utrum habitus intellectus practici reluceat ex habitu intellectus speculativi.«

f. 294ᵇ—295ᵇ »Quaestio XXVI: Utrum quorumlibet errorum circa virtutes morales accidentium prudencia sit exclusiva.«

f. 295ᵇ—298ª **(M. Johannis Wiclif?) »Quaestio XXVII: Utrum possit illibertari liberum arbitrium potencie volitive.«** (Edid. Beer in W. Quaestionibus, London 1891 p. 244.)

f. 298ª—300ᵇ »Quaestio XXVIII: Utrum omnis homo naturaliter magis appetit sciencie suo lumine naturali practico quam suo lumine naturali speculativo.«

f. 301ª—304ª **Recommendatio licentiatorum in artibus.**

f. 304ᵇ—305ᵇ **Recommendatio determinantis.**

f. 306ª—307ᵇ **(M. Johannis Hus?) Recommendatio baccalaurei Matthaei** (edid. Höfler ibidem p. 104).

f. 307ᵇ—308ᵇ **Eiusdem Recommendatio inceptoris in artibus** (edid. Höfler ibidem p. 107).

f. 308ᵇ—309ᵇ **Eiusdem Recommendatio baccalariandi** (edit. ibidem p. 109). (N. Ista et praecedens recommendatio in registro supradicto Mgro Hus expresse attribuuntur.)

f. 309ᵇ—312ᵇ »Quaestio XXIX: Utrum omne dependens habeat esse eternum in prima causa.«

f. 312ᵇ—314ª »**Quaestio** XXX **(M. Nicolai de) Miliczin: Utrum quodlibet suppositum humanum est plurium naturarum substancialium essencialiter distinctarum.**«

f. 314ª—315ª »Quaestio XXXI: Utrum composicio entis naturalis secundum triplex genus parcium sit per se obiectum naturalis philosophie.«

f. 315ª—319ᵇ »Quaestio XXXII: Utrum iudex sciens testes false deponere et accusatum esse innocentem debet ipsum condempnare.«

f. 319ᵇ—321ª »Quaestio XXXIII: Utrum ens transcendens cum suis per se propriis passionibus sit commune deo et singulis creaturis.«

f. 321^{a}—322^{b} »Quaestio XXXIV: Utrum deus per presenciam, essenciam et potenciam sit repletive in quolibet situ.«

f. 322^{b}—324^{b} »**Quaestio** XXXV **(M. Johannis Hus?): Utrum vera felicitas creature racionalis sit status omnium bonorum aggregacione perfectus.**«

f. 324^{b}—327^{a} »Quaestio XXXVI: Utrum in ordine essenciali rerum universi simpliciter primum creatum sit optimum possibile ad extra productum.«

f. 327^{a}—329^{b} »Quaestio XXXVII: Utrum ad salvandum veritates multarum proposicionum philosophicarum supposicionem simplicem significativam ponere sit necesse.«

f. 329^{b}—333^{b} »**Quaestio** XXXVIII: **M. Zdenconis (de Labun): Utrum in acutis egritudinibus dierum indicativorum et creticorum iudicia ab oppositis signorum celestium aspectibus sint sumenda.**«

f. 333^{b}—334^{a} »Quaestio XXXIX: Utrum quelibet virtus moralis consistat in medio duarum maliciarum extremarum.«

f. 334^{b}—335^{b} »Quaestio XL: Utrum virtus heroica virtutum excellentissima in hac vita hominum possibilis ad ultimum finem beatitudinis consequendum necessario est requisita.«

f. 335^{b}—337^{b} »Quaestio XLI: Utrum ad futuram perpetuam beatitudinem attingendam racio pure naturalis sufficit ex se debita media invenire.«

f. 338^{a}—339^{a} **Quaestio** XLII **M. Johannis Hus: Utrum supremus rector universi secundum optimas leges possibiles regulat universum.**«

f. 339^{b}—340^{b} »**Quaestio** XLIII **M. P(etri) de Letowicz: Utrum cuiuslibet spiritus racionalis eadem essencia sit substancialiter racio, memoria et voluntas.**«

f. 340^{b}—341^{b} »Quaestio XLIV: Utrum possunt ira et passiones cetere inexistere sapienti.« (In cod. X. H. 18 f. 74 **M. Joh. Hus** attributa.)

f. 342^{a}—345^{b} Quaestio XLV: Utrum ad vitam virtuosam virtutes morales necessario requiruntur.«

f. 345^{b}—347^{a} »Quaestio XLVI: Utrum quelibet civitas ad sui regenciam requirit prudenciam ordinatam.«

f. 347^{a}—349^{b} »Quaestio XLVII: Utrum omnis natura racionalis producta sit persona.«

f. 350^{a}—354^{a} »Quaestio XLVIII: Utrum summum bonum immutabile sit creator et conservator singulorum encium universi« X »Determinata a. 1409.«

f. 354^{b}—358^{b} »Quaestio XLIX: Utrum deus . . . . producens res ad extra immutabiliter regat mundum optime et ad actum malum non concurrens permittat benivole fore malum.«

f. 358^{b}—361^{a} »Quaestio L: Utrum potest homo iniustus iuste dominative bona temporalia possidere.«

f. 361^{a}—361^{b} »Quaestio LI: Utrum omnis motus localis sit res distincta a mobili habens esse successivum.«

f. 362^{a}—365^{b} »**Quaestio** LII M. **Stephani Palecz: Utrum deus super mundum architipum seu multitudinem idearum, que sunt raciones et cause rerum mundi sensualis, eternaliter dominetur.**«

f. 365^b—366^b »Quaestio LIII: Utrum omnis res habens quiditatem habet diffinicionem essencialem.«

f. 366^b—367^a »Quaestio LIV: Utrum omnis diffinicio essencialis rei sit tota perfeccio essencialis diffiniti.«

f. 367^a—368^a »Quaestio LV: Utrum possibile est hominem iniustum iuste bona temporalia possidere.«

f. 368^a—368^b »Quaestio LVI: Utrum alicui homini iniusto competat bona fama ex condigno.«

f. 368^b—369^a »Quaestio LVII: Utrum omnis accio primi entis sit primum ens.«

f. 369^b—373^a »Quaestio LVIII: Utrum iudex corruptus ferens sentenciam pro parte corrumpente gravius peccat quam pars corrumpens« × »Yessenicz mistr moy«.

Quaestionem LIX vide supra f. 91^a.

f. 374^a—375^a »Quaestio LX: Utrum amico in tristicia sit delectabilis presencia amici.«

f. 375^a—376^b (anepigr.) **Recommendatio inceptoris** »**Esto bonus miles**«.

f. 377^a—378^b »Quaestio LXI: Utrum homo maxime debeat amare se ipsum.«

f. 378^b—383^b **Sermo de praestantia theologiae super** »**Ego dabo vobis os**«.

f. 384^a—385^b **M. Johannis Hus Epistolae tres** (ed. Palacký Doc. p. 43, 44, 47).

f. 386^a—389^b **M. Eliae Recommendatio rectoris universitatis Pragensis** super »Tu es magister in Israel«.

f. 389^b **Sbinconis archiep. Prag. Mandatum de transsubstantiatione** (edid. Palacký ibidem p. 335).

f. 390^a—391^a **M. Andreae (de Broda) Inceptio super quodlibet** (partem edid. Höfler, Script. rer. hus. II, 155).

f. 391^b—393^b »Hec sunt nova Scocie a. 1410 Pragam portata« (Sunt **Quintini Folkhyrde de Scotia Epistolae** 1) universitati Christianorum, 2) episcopo Glatonensi (sic pro: Glasgoviensi), 3) omnibus secularibus dominis et communitati, 4) suo curato et aliis; cf. Věstník Č. A. 1900 p. 624.)

Operculo super. adglutinata est schedula hunc titulum codicis generalem continens: »Questiones primi Sentenciarum cum principiis secundi, tercii et quarti eiusdem libri et multe alie questiones determinate in quodlibetis cum recommendacionibus diversis.« Magna pars quaestionum istarum ad quodlibet M. Matthiae de Knin a. 1409 spectare videtur. Cf. Höfler, M. J. Hus p. 255. Vetus sign. M, 59.

1926 *X. E. 25.* *(Y. I. 4. n. 101.)*

chart. saec. XIV ex. ff. 49, 27·5×21 cm. 1 m.

f. 1^a—19^b (anepigr.) **Laudes b. virginis.** »Gloriosa dicta sunt de te, civitas dei. Nota, quod propter sedecim causas« × »babilon enim con fusio interpretatur.«

f. 19ᵇ—49ᵃ (anepigr.) **Alberti Magni Biblia Mariana.** »In principio . . . celum scilicet empireum, per quod intelligitur domina mundi« × »me tuum famulum perducas.«

1927 *X. F. 1.* (*Y. III. 3. n. 23.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 253, 22×15·5 cm. 1 m.

S. Pauli apost. Epistolae: ad Romanos et I ad Corinthios (usque ad cap. 16) **cum commentario.**

f. 1ᵃ »Romani sunt in partibus Ytalie; hii preventi sunt« × f. 253ᵇ »quantum ad maiores scilicet de deduccione illorum cum venerint« (cetera desunt).

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis liturgici saec. XIV. Vetus sign. A, 33.

1928 *X. F. 2.*

chart. saec. XV ff. 479, 22×16·5 cm. 1 m.

Commentarius in Apocalypsin s. Johannis (auctore quodam Husita).

f. 1ᵃ »In omnibus legis divine libris sincerite« × f. 479ᵃ »Jesus huius libri misteriosi revelator elucidacionisque presentis lenis ac plane consummator cum patre spirituque paraclito unus ac verus deus in diem eternitatis benedictus. Amen.« Sequitur monogramma HB.

1929 *X. F. 3.*

chart. saec. XIV ex. ff. 151, 23×15·5 cm. 1 m.

f. 1ᵃ (deficiente initio anepigr.) Enumeratio locorum in terra sancta.

f. 1ᵇ—30ᵃ **Aurelii Prudentii Psychomachia cum commentario.** »In principio istius libri quedam, sine quibus . . . (Textus:) Senex fidelis« × »sapiencia regnet«.

f. 30ᵇ—40ᵃ Alius commentarius in eandem Psychomachiam cuiusdam Bohemi (cf. f. 40ᵃ »ut est Prage«).

f. 41ᵃ—75ᵃ (anepigr.) **Palaestra de victoria Christi cum commentario** (poëma, ut commentator in margine annotavit, compositum a quodam episcopo, doctore sacrae theologiae). (Comment:) »Materia huius libri est« (Prooemium:) »Quoniam anima racionalis« (Textus:) »Sceptritenentis erat« × »sit sine fine deo.« Sequuntur in margine versus de Paupere Henrico.

f. 75ᵃ—77ᵃ Hymnus de resurrectione et ascensione domini: »Salve festa dies.«

f. 77ᵇ Sententiae de morte versibus expressae.

f. 78ᵃ—128ᵃ **Matthaei Vindocinensis Tobias cum commentario.** (Comment:) »Mag. Matheus Vindecinensis in metrica modulacione.« (Textus:) »Ex agro veteri« × »Thobye merita religione sequi. Expl. Thobias de veteri testamento.«

f. 128ᵇ—135ᵃ (anepigr.) **Genesis metrica.** »Formavit primum divina potencia celum« × »mereamur multiplicari. Expl. genesis per manus« (sic).

f. 135ᵇ—140ᵇ (anepigr.) Argumenta metrica evangeliorum per circulum anni. »Ecce tuus venit rex Syon« × »sanguinis unda fluens.«

f. 141ᵃ—151ᵇ (anepigr.) **Johannis abbatis Carmen de vitiis et virtutibus orationi dominicae alludens.** »Ardua virtutum faciles . . . . has ego dictus opes abbas reserabo Johannes« × »more pudicus eris.«

1930 *X. F. 4.* (*Y. III. 4. n. 63.*)

chart. saec. XIV ex. (pars a. 1396) ff. 84, 21·5×15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—47ᵇ **M. Johannis Stetefelt de Isenach Parva logicalia.** »Summam brevem parvorum loycalium a diversis« × »Expliciunt parva loycalia pronuncciata Prage quondam per M. Johannem Stetefelt de Ysynach finita et scripta sub a. d. **1396**« (radendo laesum).

f. 48ᵃ—84ᵇ **(Drslai?) Quaestiones de Donati grammatica institutae (»Donatus minor logicaliter«)** »Circa inicium Donati primo queritur« × »habet gaudium presens in anima. Et sic est finis. Explicit Donatus loycaliter«.

Nota in operculo super. intrinsecus: »Parva loycalia Mgri Stetefelt cum dictis Donati minoris quondam Dirslai.« Vetus sign. G, 30.

1931 *X. F. 5.* (*Y. III. 3. n. 12.*)

chart. saec. XV ff. 223, 21·5×15 cm. 1 m.

Sermones dominicales a festo resurrectionis domini, in fine mutilati.

f. 1ᵃ »Hec dies, quam fecit dominus . . . Crisostomus super Math. sic dicit« × f. 223ᵇ »quam secundum corporis substanciam traxerat de beata« (cetera desunt codice mutilato).

1932 *X. F. 6.* (*Y. III. 3. n. 22.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 320, 22×15·3 cm. 1 m. cum init. pict.

Hugonis sacerdotis dioec. Constantiensis, capellani in Birlig, Speculum grammaticae cum uberrimo commentario.

f. 1ᵃ (Comment:) »Qui nominum virtutis sunt ignari . . . Hanc proposicionem scribit philosophus primo elencorum« . . . f. 3ᵃ (textus:) »Ut speculum varias rerum formas manifestat« × f. 319ᵇ (comment.:) »et imperium in sec. sec.« f. 320ᵃ (textus:) »Millia sunt quinque quadringenti« (finis versus istius deest).

Codici huic olim adligata erant fragmenta membran. vetustissimi Dalimili bohemici, quae nunc separatim asservantur (cf. Čas. Mus. 1861 p. 116).

1933 *X. F. 7.* (*Y. III. 3. n. 14.*)

chart. saec. XV ff. 284, 21·5×15 cm. 1 m.

Commentarius in Psalterium.

f. 1ᵃ »David prophetarum eximius digniori modo« × f. 284ᵃ »et sic omnis spiritus laudet dominum. Explicit postilla psalterii . . . et hoc sub a. d. 14 . . (cetera cultro excisa sunt).

Vetus sign. B, 12.

1934 *X. F. 8.* (*Y. III. 3. n. 73.*)

chart. saec. XV ff. 196, 22 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—77ᵇ (anepigr. deficiente initio) **Commentarius in Boëthii libros de consolatione philosophiae.** × »qui animam videt. Et sic est finis huius brevis collecti super Boecium de consolacione in nomine domini.«

f. 78ª—80ᵇ Notae ad idem opus spectantes.

f. 81ª—96ª (anepigr.) **Commentarius in aliquot locos epistolarum s. Pauli.** »Ad Philipp. primo. Fratres confidimus . . . In ista epistola« × (si linguis hominum loquar) »quia cum essem parvulus« (cetera desiderantur).

f. 96ᵇ—99ª **Formularius epistolarum,** superscriptiones, conclusiones etc. continens.

f. 99ᵇ—104ᵇ (anepigr.) **Tractatus de excommunicatione a quodam magistro Pragensi (Friderico de Epinge** cf. cod. XIII. F. 21) paulo post condemnationem 45 articulorum Wiclif a. 1403 aut 1408 ex permissione universitatis **conscriptus.** »Credo communionem sanctorum« × »unde Crisostomus: non homo est« (finis deest).

f. 105ª—123ᵇ (anepigr.) **Summa mysteriorum M^ri^ Johannis (Beleth) Parisiensis metrica cum commentario.** »Anglia quo fulget« × (comm.:) »ut permaneat in Christo«. (Textus passim deest mediis foliis vacuis.)

f. 124ª—134ª **(Honorii Augustodunensis) »Inevitabile« (Tractatus de praedestinatione).** »Arbitrium est voluntas libere potestatis« × »debitam evadere est inevitabile, nomen huic libello indatur Inevitabile.« (Initium opusculi deest.)

f. 134ª—135ª Notae variae.

f. 136ª—147ᵇ **Tractatus de quadruplici missione.** »Viri eciam perfecti et iusti« × »non iurare audentes ut supra non condempnant. Finis tractatus de quadruplici missione.« (Cf. eundem tractatum in codice IV. G. 15, ubi multa Waldensia occurrunt.)

f. 148ª—195ᵇ (anepigr.) Auctoritates biblicae secundum alphabetum materiarum insertis notis variis de virtutibus et vitiis nec non quaestionibus super libros sententiarum.

In fol. 178ª occurrit nomen: »Nickel Smelczer de Mansfelt«.

1935 *X. F. 9.* (*Y. III. 3. n. 6.*)

chart. saec. XV ff. 291, 22 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—100ᵇ **Sermones dominicales et festivales per circulum anni.** »Dom. I in adventu. Ecce rex tuus venit . . . Nota, quod quando aliquis venit« × (in dedicatione) »ut alii homines fuisset.«

f. 101ª—233ª **Sermones diversi, magnam partem de sanctis,** quibus inserta sunt haec notabiliora:

f. 104ᵇ **Modlitby k duchu sv. a p. Marii:** »Zawitay knam swaty dusse«, »Zdrawa panno Marya«.

f. 111ᵇ—112ᵇ **Vyznání víry sv. Athanasia:** »Ktoz koliwiek chcze spassen byti«.

f. 119ᵇ—120ᵇ **Utrpení sv. Marty.** »Swata Martha zczastna hospodinie«.

f. 126ᵇ—127ᵇ **Utrpení sv. Ondřeje.**

f. 128ª **Mariengebet: »Griest zaystu khynigin«.**
f. 131ª—132ᵇ **Legenda o sedmi sv. spáčích.**
f. 168ª—170ᵇ **Legenda o povýšení sv. Kříže.**
f. 179ª—183ᵇ **Legenda o sv. Apollonii.**
(Communiter adnotandum est plerosque sermones bohemice glossatos et interpolatos esse.)

f. 234ª—247ª (anepigr.) **Confessionale.** »Videamus, cui sit facienda confessio« × (de furto) »nec restituit nec reclamavit.«
f. 248ª—255ª Notae variae de sacramentis.
f. 255ᵇ—256ᵇ Expositio super »Ave Maria«.
f. 257ª—268ᵇ Sermones diversi, quibus inserta est:
f. 260ª **Legenda o sv. Ludmile.**
f. 269ª—274ᵇ (anepigr.) **Carmen invectivum in Wiclefistas Bohemos** (edid. Palacký, Docum. p. 687).
f. 274ᵇ—275ª **Vita s. Mariae post ascensionem Christi, versificata.** »Hec est vita Marie virginis gloriose, qua vixit in hoc seculo non opprobriose« . . .
f. 275ᵇ—278ª Sermones duo de chorea.
f. 278ᵇ—279ᵇ Notae theologicae variae.
f. 280ª—284ᵇ **Beichtspiegel.** »Hije hebet sich an ain Peicht aus den zehen gepoten« × »iren lon abpricht und verzeucht. Explicit hoc vere, scriptor vult precium habere.«
f. 284ᵇ—286ª Notae theologicae variae.
f. 286ᵇ—291ᵇ (anepigr.) **Formularius literarum maximam partem ad conventum fratrum minorum in Landshut et a. 1422 spectantium.**
In operculo super. annotata sunt: 1. Šestera věc, jížto nenávidí pán bůh, 2. nomina bibliorum cum interpretatione germanica.

1936 *X. F. 10.*

chart. saec. XV ff. 86, 22 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ª—25ᵇ (initium deest) **Sermones varii.**
f. 25ᵇ—27ᵇ »**Revocacio, recognicio et protestacio fr. Petri (de Uničov) a. 1417** (Hussi Op. Norimb. II, 365).
f. 27ᵇ—30ᵇ **Miraculum de Udone,** episcopo Magdeburgensi.
f. 31ª—37ª **(Jacobi episcopi Laudensis) Sermo pro electione Martini papae V** (Hardt I, 20, 931).
f. 37ᵇ—40ᵇ **Eiusdem Sermo in condemnatione M. Hieronymi de Praga** (ibidem III, 5, 54).
f. 40ᵇ—45ª **Eiusdem Sermo de s. Thoma Cantuariensi Anglicano.**
f. 45ª—46ª »Nomina electorum Romani pontificis« (Martini V).
f. 46ª—46ᵇ »Ista sunt, que suprascripti electores servare tenentur.«
f. 46ᵇ—47ᵇ »Quomodo processerunt in eleccione a principio usque ad finem« (Palacký Docum. p. 665).
f. 48ª—49ª **Decretum Constantiensis concilii et Martini papae V ad regem Wenceslaum, »qualiter se habeat ad extirpandam heresim Wikleff et Hus«** (Ibidem p. 647).
f. 49ª—49ᵇ »Ex mandato regis Wenceslai lecti sunt isti articuli in pretorio Pragensi . . . in vig. s. Alexii a. 1412« (edid. Palacký, Děje III, 1, 126).

f. 49^b—54^a »**Sermo M. Mauricii (Rvačka) in Constantia coram synodo« habitus** (= Consilium de ecclesiastico statu, ed. Hardt I, 17, 860).

f. 54^b—55^b **Eiusdem et M. Hasskonis Epistolae ad Joh. Hus datae de destructione cleri per praedicationes.** »Magister reverende, postquam predicacione tua« . . .

f. 55^b—56^b »Ordo et processus, qualiter sit sentenciatus, examinatus et crematus Joh. Hus« (Palacký, Doc. p. 559).

f. 56^b—57^a »Isti erant electi, qui regebant sacrosanctum concilium Constantiense.«

f. 57^a—57^b Novitates de Constantia cum iuramento regis (ibidem p. 675).

f. 57^b—65^b **M. Henrici de Hassia Epistola ad Colomannum praepositum Neuenburgensem de cursu ecclesiae secundum vaticinium s. Hildegardis.** »Vener. in Chr. patri Colomanno« × »Expl. epist.« etc. ut supra.

f. 66^a »Quod decimas tenentur offerre.«

f. 66^a—66^b Novitates de Constantia per Woytiechonem notarium et decanum Tynensem a. d. 1418 dom. Laetare apportatae (ibidem p. 676).

f. 66^b—86^b **Sermones varii**, partim ad clerum habiti.

1937 *X. F. 11.*

chart. saec. XIV—XV ff. 179, 22 × 16 cm. 1 m.

Quaestiones in Aristotelis libros physicorum (auctore Mag. Himberger? cf. f. 76^b).

f. 1^a »Queritur primo circa primum physicorum, utrum sciencia naturalis sit« × (finis legi non potest codice valde vitiato).

1938 *X. F. 12.* *(Y. II. 4. n. 44.)*

chart. saec. XIV—XV ff. 75, 22 × 16 cm. d. m.

f. 1^a—21^a **Sermones aliquot de tempore Jacobi de Voragine.** »Domin. IV. Ecce leprosus . . . Per istum leprosum« × »Expliciunt von der czit predigunge allirbeste de voragine Jacobi.«

f. 21^b—75^b **Sermones varii.**

1939 *X. F. 13.*

chart. saec. XV ff. 180 num. + XVI non num., 22 × 15·5 cm., 1 m.

Commentarius in Catonis Disticha moralia, cui in prooemio inscribitur: »Speculum regis«.

f. I—XVI Registrum operis alphabeticum.

f. 1^a »Philosophia est humanarum rerum et divinarum cognicio . . . Cum animadverterem« × f. 180^b (30 quarte partis preceptum) »dicitur laus digna, quando dignus« (cetera desiderantur).

In schedula operculo super. adglut. hic titulus est: »Catho historia Romanorum«. Vetus sign. C. 10.

1940 *X. F. 14.* (*Y. III. 3. n. 72.*)

chart. saec. XV ff. 215 num., 21 × 15·5 cm. 1 m.

Fr. Johannis Cotbusz de Sommerfeld Opera quae sequuntur:

f. 1^a—41^b **Sermones varii, magna ex parte Mariani, in monasterio Ojvinensi habiti.**

f. 41^b—42^b »Contra quosdam curiosos atque scrupulosos, qui negant plebanum posse dare licenciam suis subditis, ut aliis possint confiteri sacerdotibus.«

f. 43^a—104^b **Sermones varii continuati.**

f. 105—109 vacua.

f. 110^a—125^b **Tractatus de observantiis et proprietate religiosorum.**

f. 126^a—141^a **Tractatus de virtute obedientiae.**

f. 142^a—166^a **Tractatus de indulgentiis et efficacia earundem.**

f. 168^a—172^a »Sermo in exequiis fr. Petri in Owyn factus.«

f. 172^b—178^b Sermo super »Beati mortui«.

f. 179^a—214^b **Tractatus de suffragiis.**

f. 214^b—215^b Quaestio: »utrum cuilibet homini sit magis infallibiliter salutare sua opera satisfactoria omni petenti generaliter communicare quam ea sibimet certisque suis specialiter applicare«.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. Formularii saec. XIV in. Fragmento super. adglutinatum est folium chart., in quo annotata sunt contenta codicis, insuper hi versus: »Hec sunt, que scripsit frater in Ojwyn qui vixit, | Johannes Cotbusz carne de Sommerfelt ortus« . . . Cf. Balbini Boh. docta (Ungar) III, 57. Sine dubio ex monast. Ojvinensi.

1941 *X. F. 15.* (*Y. III. 3. n. 70.*)

chart. a. 1386 ff. 193, 21 × 15 cm. 1 m.

M. Henrici de Alemannia Summa X librorum Ethicorum Nicom. Aristotelis una cum lectura M. Matthiae de Legnicz super iisdem.

f. 1^a »Liber I. Circa principium huius est advertendum« . . .

f. 169^b »Et sic est finis lecture super nono ethic. Arist. Mgri Mathie de Legnicz.« × f. 193^b »Et in hoc terminatur summa X libr. ethyc. fratris Heynrici de Alemania mag. s. theologie ord. herem. s. Aug. completa a. d. **1386** per me etc., ubi quandoque addidi quandoque modicum diminui secundum facultatem mei intellectus . . . Explicit buntschuch.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. Formularii saec. XIII, in quo res bohemicae tanguntur; adglutinata vero erant, sed nunc separatim asservantur fragmenta chart. actorum iudiciariorum a. 1398 (ed. Tadra, Soudní akta VII, 236). Item observa notam in operculo inferiore: »M. Wenceslaus de Krzižanow libros ethicorum legit pro leccione sua ordinaria a. 1455 tempore brumali.« Vetus sign. C, 2.

1942 *X. F. 16.* (*Y. III. 3. n. 74.*)

chart. autographus a. 1450 ff. 205, 21 × 15·5 cm.

M. Stanislai de Gnezna Lectura super Aristotelis libris Physicorum.

f. 1^a »Quia liber iste, quem . . . accepi declarandum« × f. 204^b »Istud opus est terminatum per manus **Stanislai de Gnezna** a. **1450** fer.

III ante Johannis Bapt. ipso die 10.000 mart. Hic liber est lectus per me in universitate Pragensi eodem anno, quem incepi legere fer. III ante Martini a. 1449 et terminavi in vigil. Johannis Bapt. a. 1450.«

f. 205^a—205^b De natura pantheris (ex Physiologo excerptum).

Operculis adligata sunt fragmenta membr. cuiusdam codicis theologici saec. XIII—XIV. In super. fragmento est titulus libri hic: »Lectura super Phisicorum comportata per M. Stanislaum de (nomen radendo deletum). Vetus sign. Q, 1.

1943 *X. F. 17.* (*Y. III. 3. n. 67.*)

chart. a. 1411—12 ff. 199, 21·5 × 15·5 cm. 1 m.

f. 1^a—33^b **Boethii Tractatus de disciplina scholarium** »Vestra novit intencio« × »Explicit Boecius de disc. scol. a. **1411**« (alia manu: »Stewycz«).

f. 34^a—199^a **Eiusdem Libri de consolatione philosophiae notis interlinearibus et marginalibus illustrati.** »Carmina qui quondam« × »Explicit Bohecius de cons. phil. per manus **Friderici Juvenis** sub a. d. **1412** finitus proxima dominica ante festum Margarethe.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis liturgici notis musicis instructi saec. XIV. Vetus sign. E, 14.

1944 *X. F. 18.* (*Y. III. 4. n. 37.*)

chart. a. 1454 ff. 193, 21 × 15·5 cm. 1 m.

f. 1^a—81^a **Quaestiones in libros Metaphysicorum Aristotelis.** »Circa inicium libri Metaphisice queritur primo« × »Finis huius fer. III post festum s. trinitatis sub a. d. **1454**« (insuper rubricatum:) »et per annum (?) illuminature (= rubricaturae!) eodem die fer. III post fest. s. trinit.«

f. 82^a—104^b **Thomae de Aquino Tractatus de esse et essentia.** »Circa principium libri de esse et essencia movetur primo questio« × »Et sic habetur finis huius fer. II ante Elizabeth a. **1454**.«

f. 105^a—164^b **Quaestiones in libros Ethicorum Nicom. Aristotelis.** »Circa inicium primi libri Ethicorum« × »Et hec de ultima questione sexti Ethic. Arist. a. d. **1454** fer. III in die osapient.«

f. 165^a—193^b **Commentarius in libros Politicorum Aristotelis.** »Subiectum politicorum est civitas« × (l. VIII tract. 2) »reservandus est provectis in etate« (finis deest foliis aliquot evulsis).

1945 *X. F. 19.* (*Y. I. 2. n. 37.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 102, 22 × 16 cm. d. m.

(Thomae Erfordiensis) Tractatus de modis significandi cum commentario.

f. 1^a (Comment:) »Alfrabius in libro de ortu scienciarum,« (textus:) »Quoniam autem intelligere et scire« × f. 102^b »alicuius partis oracionis. Et in hoc terminatur compilacio modorum significandi parcium oracionis in se absolute et quantum ad partem grammatice, que est ethymoloya, consideratorum.« (De auctore cf. idem opus in cod. III. A. 5. f. 122^a—267^b.)

In folio praeligato occurrit scholastica exercitatio translatoria latino-bohemica: »Cum ponyewazto nichil nycz utilius uzyteznyegye« etc. Vetus sign. J, 14.

1946 *X. F. 20.* (*Y. I. 2. n. 48.*)

chart. saec. XV ff. 164, 21 × 15 cm. d. m.

f. 1 Fragmentum cuiusdam expositionis canonicarum, quae etiam in folio in fine adligato continuatur.

f. 2ª—6ª Registrum operis subsequentis.

f. 6ª—116ª **M. Johannis Hus Tractatus de ecclesia cum notis marginalibus.** »Cum quilibet viator« × »aliis in posterum disserendis. A Hus naconcy Amen. Et sic est finis huius tractatus.«

f. 117ª—162ª (anepigr.) **Gregorii papae I. Commentarius in Cantica canticorum.** »Quia si ceco longe a deo posito« × »et spiritum et corpus debemus«.

f. 163ᵇ—164ª Distinctiones primi et secundi libri Sententiarum versibus expressae.

f. 164ᵇ Notae de communione et de chorea.

1947 *X. F. 21.* (*Y. I. 2. n. 50.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 102 num., 21·5 × 14 cm. d. m.

f. 1ª—76ª (anepigr.) **Jacobi de Lausanna Moralitates rerum naturalium.** »Abicit mundus pauperes« × »quia pennas virtutum non habent. Expliciunt moralitates per manus sub a. d. millesimo« (sic).

f. 76ª—77ᵇ »**Vita religiosi**«. »Quicunque es, qui cupis ingredi« × »tandem omnes lucraberis. Et sic est finis. Explicit vita religiosi finita in die post gloriandum nobis est dilectissimi in cruce domini.«

f. 78ª—99ᵇ (anepigr.) **S. Bernardi Claraevallensis Tractatus de interiori domo.** »Domus hec in qua habitamus« × »quam terrestrium occupacione.«

f. 99ᵇ—102ª (anepigr.) Gloriandum nobis in cruce domini. »Quidam discipulus interrogavit« × »ymo hec via, que ad vitam te deo donante perducat eternam.«

In fol. praeligato occurrunt quaedam formulae medicae. Vetus sign. C, 1⁰.

1948 *X. F. 22.* (*Y. III. 4. n. 51.*)

chart. a. 1377 et 1447 ff. 100, 21 × 15 cm. 3 m.

Boethii Libri de consolatione philosophiae notis interlinearibus instructi et commentario marginali (a. 1447) illustrati.

f. 1ª »Carmina qui quondam« (Comment:) »Primus liber Boecii prima divisione dividitur« × f. 100ª »cuncta cernentis. Explicit textus Boecii de consolacione philosophie sub a. d. **1377** in translacione s. Weczeslai« (comment:) »nuda et aperta sunt oculis eius . . . A. d. **1447** V fer. ante Laurencii.«

1949 *X. F. 23.* (*Y. III. 4. n. 45.*)

chart. saec. XV ff. 185, 22·5 × 16 cm. 1 m.

Sermones de sanctis.

f. 1ª »Ambulans Jesus iuxta mare Galilee . . . Humanus defectus« × f. 185ᵇ »licet fugient illa nocte, tamen revertentur.«

Operculis adligata erant, sed nunc separatim asservantur **fragmenta** chart. **libri acceptorum et expensorum Petri castellani Rotsteinensis a. 1403 et 1404** (lat.-bohem. **Zlomky knihy účetní purkrabí Petra na Rotštýně z l. 1403—4**; cf. Věstník Č. A. 1900 p. 625). Vetus sign. C, 148.

1950 *X. F. 24.* (*Y. I. 2. n. 62.*)

chart. saec. XIV et XV (pars. a. 1386 et alia a. 1408) ff. 122, 21 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—65ª **Vocabularius latinus dictus Lucianus** (in cod. XI. D. 6 M. Henrico de Ratispona attributus). »Cum iuxta sapientes . . . Abba sicud dicit glosa« × »zona pellicia i. e. vestis de pellibus facta. Ita accipitur IIII, 1 . . . A. d. **1386** fer. VI ante festum Donati et Jude« . . . .

f. 65ᵇ—66ᵇ (anepigr.) **Praecepta religiosorum rhythmica**: »Si vis esse cenobita, huius vite vitam vita« . . . (carmen absolvitur in operculo inferiore).

f. 67ª—90ᵇ (anepigr.) **Liber quinque clavium sapientiae (M. Johannis de Garlandia?** cf. in prooemio notam marginalem) **cum commentario** (Comment:) »Philozophus dicit 2 ethic« (Textus:) »Utilis est rudibus presentis cura libelli« × »Suscipiant pueri discipulique rudes« (comment:) »capiant ipsum scil. librum nostrum.«

f. 91ª—122ª (anepigr.) **Commentarius in M. Thomae Erfordiensis Tractatum de constructione grammatica.** »Commentator super . . (rasura) dicit: homo dicitur de homine sciente et ignorante« × »misericorditer relaxare . . . Finis fer. III in carnisprivio a. 8º« (**= 1408**).

f. 122ª—122ᵇ Notae grammaticae variae.

In operculo infer. exarata est quaedam epistola bohemica resectis marginibus mutila.

1951 *X. F. 25.* (*Y. III. 4. n. 52.*)

chart. a. 1407 ff. 134, 21 × 15 cm. 1 m.

Boethii Liber de disciplina scholarium commentario (Sigismundi cuiusdam?) illustratus:

f. 1ª (Comment:) »Sicut lilium inter spinas« × f. 129ᵇ »alterius saporis i. e. condicionis. Pro libri cuius exordio atque fine sit adoranda . . A. **1407** finitum hoc opus die sabbati in vigilia s. spiritus . . . Explicit comentum super Boecium de disc. scol.«

f. 130ª—133ᵇ (anepigr. et evulsis mediis partibus foliorum mutilatum) (alia manu) Expositio locorum biblicorum de die novissimo. »Suppono primo« × »mercedem sue fatuitatis reportabunt.«

f. 134ᵇ »Consideracio complexionum circa corporum purgaciones.«

Nota in operculo super.: »Boecius de scol. disc. cum glossa Sigismundi.« Vetus sign. K, 76.

1952 *X. F. 26.* (*Y. I. 1. n. 17.*)

mixtus saec. XIV ff. 157, 21 × 15 cm. d. m.

»Lectura cum questionibus super primum Sentenciarum« Petri Lombardi.

f. 1ª »Altissimus creavit de terra medicinam« × f. 156ª »ut sibi possit conregnare« . . . .

f. 156ᵇ »Opiniones, quibus mag. senten. a modernis reprehenditur a communibus opinionibus deviasse« . . .

f. 157 Quaestio »utrum in deo fuerint plures raciones.«

Vetus sign. E, 22⁰.

1953 *X. F. 27.* (*Y. III. ? n. 61.*)

chart. saec. XIV—XV ff. 89, 23 × 16 cm. 1 m.

Expositio Aristotelis Ethicorum librorum I—VI.

f. 2ª »Quia sicut dicit Aristoteles in primo Metaphysice« × f. 89ᵇ (cap. 2 tract. 4 libri VI) »secundum preeminenciam ac dignitatem« (cetera desiderantur codice mutilato).

Literae papales, quarum fragmento codex coopertus est, respiciunt causam Rynssonis et Sdeniconis, clericorum bohemicorum, et datae sunt post concil. Pisanum. Vetus sign. libr. Carol. P, 58, K.

1954 *X. F. 28.* (*Y. III. 3. n. 76.*)

chart. saec. XV ff. 250, 21 × 15·5 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1ª—126ª **Alberti Magni Summa naturalium prooemio et notis interlinearibus marginalibusque illustrata.** (Prooem.:) »Quia igitur de qualibet re« (textus:) »Philozophia dividitur in tres partes« × »et malum gracia desistente, quam graciam« etc.

f. 127ª—250ᵇ **Lectura super summam praecedentem carens fine.** »Pater et filius et spiritus s.« × »et sic uno modo pro actu primo« (cetera desunt). (Observa rubricam longiorem bohemicam in f. 135ᵇ).

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis liturgici saec. XIV.

1955 *X. G. 1.* (*Y. III. 4. n. 74.*)

chart. saec. XV ff. 158, 21·5 × 15·5 cm. 3 m.

Johannis Wiclif Decalogus.

f. 1ª—19ª Registrum operis.

f. 20ª »Incipit decalogus M. Johannis. Premissa sciencia de dominio in communi« × f. 158ᵇ »ducimur aliena. Et sic est finis. Deo gracias. Hic finitur sentencia super Decalogum M. Johannis Anglici, cuius anima cum cunctis christifidelibus in regno celorum requiescat feliciter. Amen. In vigilia b. Thome apostoli.«

In operculo infer. annotatus est redditus cuiusdam monasterii de vigiliis perceptus, in superiori hi versus:

»Qui libros aperis, hos claudere ne pigriteris.
A fatuis sordide libri tractantur ubique,
Sed noscens literas hos tractat ut margaritas.«

In fol. praeligato annotatus est »**Ordo librorum** doctoris evangelici« (**Johannis Wiclif**). Vetus sign. O, 15.

1956 *X. G. 2.* (*Y. III. 4. n. 76.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 461, 21·5 × 14·5 cm. 1 m.

»**Esrom**« (**Collectio dictorum** ss. Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii, Bernardi, Bedae et aliorum insertis s. **Thomae de Aquino quaestionibus de diversis virtutibus**).

f. 1ª »Esrom genuit Aram . . . Fons sapiencie, unigenitum dei verbum« × f. 461ᵇ »ad beatitudinem tuam perducere dignare« . . Sequuntur versus: »Hic liber exemplum sit cunctis ac documentum, | Spernere qui mundum cupiunt mundi quoque cultum | Atque sequi Christum, morti qui se dederit ipsum.

»Esrom« titulus in operculo legitur. Operculo super. adglutinatum est fragmentum membran. codicis canonico-iuridici (»de dispensacionibus«) saec. XIV in., inferiori fragmentum instrumenti publ. notarii saec. XIV—XV, in quo commemorantur Johannes episc. Lutomyšl., Martinus abbas quidam, Procopius marchio Moraviae etc. Vetus sign. K, 16.

1957 *X. G. 3.* (*Y. III. 4. n. 65.*)

chart. saec. XV ff. 264, 21·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—14ᵇ Notae variae theologicae magna ex parte correctionem cleri concernentes.

f. 14ᵇ—18ª Sermones duo de dedicatione, alter **M. Johannis Hus.**

f. 18ª—19ª Sermo super »Ego sum pastor bonus«.

f. 19ᵇ—22ᵇ Excerpta theologica varia.

f. 23ª—246ᵇ (anepigr.) **M. Johannis Hus Postilla de sanctis** (eadem manu atque I. E. 45 sed alio ordine exarata) **cum nonnullis glossis bohemicis.**

f. 246ᵇ—250ᵇ Notae theologicae et excerpta varia.

f. 251ª—264ᵇ (anepigr.) **M. Johannis Hus Tractatus de sex erroribus** (edito a Norimbergensibus paulo uberior).

In operculo infer. exaratum est registrum sermonum libro contentorum.

1958 *X. G. 4.* (*Y. I. i. n. 100.*)

chart. saec. XV (pars a. 1448) ff. 126, 22 × 15 cm. 1 m., cum init. pict.

f. 1ª—62ª **Jacobi de Terano (= Theramo) Processus Belial.** »Universis christifidelibus . . . presb. J. de Terano« × »consolatus es me ad vitam perhennem.« Sequitur registrum in fol. non num.

f. 63ª—124ª **Alani ab Insulis Anticlaudianus notis illustratus.** »Auctoris mendico stilum« × »post fata silebit. Explicit opus M. Alani Yspani in Anticlaudiano finitum per **Mathiam notarium in Gurim** sub a. d. **1448** II fer. infra octavam s. Viti.«

f. 125ᵇ—126ᵇ Registrum operis praecedentis.

Operculo infer. adglutinatum est fragmentum actorum quorundam iudiciariorum saec. XIV—XV. Vetus sign. E, 3.

1959 *X. G. 5.* (*Y. I. 2. n. 135.*)

chart. saec. XVIII in. ff. 48, 22 × 16·5 cm. 1 m.

»Paradysus terrestris .... apertus a P. Antonio Natali S. J., Panormi a. 1699 italice conscriptus« et editus (sub titulo: Il paradiso in terra; cf. Backer-Sommervogel V, 1592), **hic latinitate donatus.**

1960 *X. G. 6.* (*Y. III. 3. n. 24.*)

chart. saec. XIV ex. (pars a. 1381) ff. 113, 20·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—76ᵇ **Sermones quadragesimales.** »Cum ieiunatis ... Dominus et redemptor noster« × »a percussione mortis sempiterne. Finitum autem est hoc Quadragesimale sub a. **1381** in vigil. s. Jacobi apost. maioris.« Sequitur imago ecclesiae s. Michaelis (Pragensis?) calamo delineata cum hac subscriptione: »daz ist h' Mčhl pharre«.

f. 77ª—112ª **Sermones varii** (de novo sacerdote tres, de corpore Christi aliquot, de rogationibus quatuor, de animabus aliquot).

f. 112ᵇ—113ᵇ Excerptum e S. Bernardi Stimulo amoris.

Nota in operculo superiore: »Hic continetur quadragesimale et sermones alii donati communitati per Album Leonem (= Simonem de A. L.) pro communitate Pragensis civitatis Antique.« Pretium in operculo infer.: »pro XX gr.« Vetus sign. O, 31.

1961 *X. G. 7.* (*Y. III. 3. n. 17.*)

chart. saec. XV ff. 304, 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ª—22ᵇ (anepigr.) **M. Procopii de Plzna vel potius Johannis de Příbram Collectio auctoritatum contra remanentiam panis et vini post consecrationem.** »Quia plerique in hiis infaustis nostris diebus« × »Et magister: non teneo« (in fine allegantur verba J. Hussi contra depositiones testium).

f 23ª—44ª (anepigr.) **Eiusdem Tractatus de matrimonio.** »Quia quidam nupcias detestantur« × »vel secuta sit copula carnalis. Hec magister.«

f. 44ᵇ—304ᵇ **Sermones seu potius rudimenta sermonum super epistolas et evangelia dominicalia et festivalia.**

In operculo super. haec nota occurrit: »Collecta M. Procopii de Plzna. Epistole et ewangelia dominicalia. In primis tractatus secundum doctores contra remanenciam panis in altari. Item tractatus de matrimonio et multa utilia, que currunt circa contractus matrimoniales.« Quam notam secuti tractatus supra scriptos M. Procopio de Plzna attribuimus. Utrique operculo adligata sunt fragmenta membr. registri cuiusdam ecclesiae Pragensis saec. XIV—XV, quo »servicia pro animabus« continebantur. Vetus sign. B, 36.

1962 *X. G. 8.* (*Y. III. 3. n. 15.*)

chart. saec. XIV et XV ff. 264, 21·5 × 14·5 cm. d. m.

f. 1ª—22ᵇ saec. XIV—XV (deficiente initio anepigr.) Tabula quorundam sermonum.

f. 23^a—39^b (anepigr.) **Tractatus de reali existentia corporis Christi in sacramento.** »Quis est auctor sacramentorum« × »ut postea regnet in celo . . . Scriptori requiem tribuat deus ipse perhennem. Finitus est fer V post conversionem s. Pauli a. d. **1413**, quando scisma factum est per Hussonem in regno Boemie.«

f. 40^a—81^a saec. XIV. **Fr. Davidis de Augusta Formula de VII processibus religiosi.** »Profectus religiosi septem processibus distingwitur« × »pro acceptis vel promissis, que nobis dominus concedat. Amen. Expl. formula fratris David de VII proc. relig.«

f. 81^a—83^a Notae theologicae variae.

f. 83^a—87^a saec. XIV. **Bernardi Claraevallensis Liber super contemplatione passionis Christi secundum septem horas.** »Sepcies in die« × »iuxta eum ad monumentum . . . Expl. contemplacio« etc. u. s.

f. 87^a—90^a saec. XIV. **Eiusdem Contemplatio de diversis auctoritatibus.** »O quam vehementi amplexu« × »o infirmitas roborans.«

f. 90^a—91^b saec. XIV. Tractatus de miseria huius vitae. »O misera vita« × »pervenire queam per infin. s. s.«

f. 91^b—102^a saec. XIV. **(S. Bonaventurae) Stimulus amoris.** »Currite gentes« × »misericors est deus, qui etc. Explicit Bernardus (sic) de stimulo amoris.«

f. 102^a—131^b saec. XIV. **Isaac (Syri) Sermones XII.** »Incipitur Ysaac Sermo primus. Anima, que deum diligit« × »non obtenebrescet illi gloria« . . .

f. 131^b—132^b »Incipit tabula . . . super libellum, qui dicitur Ysaac.«

f. 133^a—133^b saec. XIV. **Bernardi Claraevallensis** (recte Arnulfi monachi) **Tractatulus de vita monachi quotidiana.** »Si quis emendacioris vite« × »ipse et deus sit solus. Explicit Bernhardus.«

f. 133^b—136^b Origenis Homilia super »Maria stabat ad monumentum«.

f. 136^b—194^a saec. XIV. **Isidori Hispalensis De summo bono libri res.** »Summus ideo deus est« (sic) × »letificandos includit. Explicit Ysydorus de summo bono. Chwala bohu.«

f. 194^b—213^a saec. XIV. (anepigr.) Collectio autoritatum (sententiarum sacrae scripturae).

f. 213^a—215^a **Bernardi Claraevallensis Dulciloquium de b. virgine.** »Gaude, plaude« × »Expl. dulciloquium etc. u. s. a. d. **1377** proxima fer. III post penthecosten per manus W. pauperis dicti **Waczkonis monachi aput s. crucem.**«

f. 216^a—249^b saec. XIV. **M. Stephani, vicar. in spir. archiep. Arnesti, Quaestiunculae.** »Sciendum est breviter« × »mittere uou posset. Et sic sit, finem competentem non habui. Expliciunt questiuncule hee que quesite sunt a M. Stefano quondam vic. in spir. dom. Arnesti, tunc autem canonicus (sic) regularis in Rudnycz.« Sequuntur lusus pennae (»Ja Yanek tak rzeceny sswmrzlym nossem« etc.).

f. 250^a—252^a Notae theologicae variae.

f. 252^a—253^a saec. XIV—XV. (anepigr.) **Conradi Schirensis Historia XXX denariorum versificata.** »Denariis triginta deum« × »donet tibi gaudia regni. Amen solamen« etc. (ed. Du Méril 321; cf. Meier, Cat. cod. Einsidlens. p. 311).

f. 254^a—257^a Notae canonico-iuridicae variae.

f. 258^a—259^b Fragmentum dictionarii theologici.

f. 260ª—262ᵇ saec. XV. Regulae iuris.

f. 263ᵇ—264ᵇ **Wenceslai IV regis Mandata duo, alterum clero et civitatibus districtus Plznensis, ne in posterum advertant mandata Johannis de Lestkov subcamerarii, datum Pragae 5 oct. 1416, alterum eodem anno 2 dec. Beronensibus directum, ut census clericorum retentos persolvant et articulos literis interclusos observent.** (Hoc edid. Höfler II, 286 & Palacký Doc. 644.)

Tabula contentorum in operculo super. valde vitiata est.

1963 *X. G. 9.* *(Y. III. 3. n. 33.)*

chart. a. 1414 ff. 208, 21·5×15·5 cm. d. m.

Roberti (Grosseteste) episc. Lincolniensis Dicta seu sermones 146 (sic).

f. 1ª »Capitulum primum de amore . . . Amor multipliciter videtur dici« × f. 207ᵇ »Et in hoc terminantur 146 dicta seu sermones venerandi doctoris M. R. episc. L. finita de a. **1414** die nona Octobris« . . .

f. 208ᵇ »In quodam sermone ad clerum sic dicitur de scismate.«

Nota in operculo superiore: »Pro 34 gr. Liber M. Symonis Rokyczane«. Vetus sign. H, 17.

1964 *X. G. 10.* *(Y. III. 3. n. 32.)*

chart. saec. XV (pars a. 1425) ff. 187, 21·5×15 cm. d. m.

f. 1ª—13ᵇ Catalogus operum Pseudo-Dionysii, Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Gregorii, Bernardi, Hilarii, Isidori, Chrysostomi, Prosperi, Anselmi, H. de S. Victore, Alani, Valerii M., Boethii, Senecae, Ciceronis cum suis initiis.

f. 14ª—38ª (anepigr.) Registrum sermonum Jacobi de Voragine.

f. 39ª—52ª **Nicolai de Lira »Questio de probacione per scripturas a Judeis receptas, quod mysterium Christi sit impletum, determinata a. 1309«.**

f. 52ª—62ª **Eiusdem »Responsio ad quendam Judeum contra Christum nequiter argutum«.**

f. 62ᵇ—69ᵇ **Eiusdem Tractatus contra Judaeos.** × »Explicit pulcerrima materia de cessacione veteris legis et duracione nove composita per N. de L. . . . . Qui te scribebat, **Martinus** nomen habebat. A. d. **1425** post festum Wenceslai est terminatum.«

f. 70ª—84ᵇ (anepigr.) **Alexandri de Villa Dei Summa bibliorum metrica cum notis interlinearibus.**

f. 85ª—187ᵇ (anepigr.) **Expositio epistolarum** s. **Pauli.** »Quatuor reddunt nos sollicitos« × »graciam et gloriam dabit.« Sequitur registrum.

Operculis adligata sunt fragmenta membr. Testamenti Blasii presbyteri (?) eccles. s. Apollinaris, erecti a. 1402 et conscripti a Bartholomaeo Andreae de Ledecz, notario publico. In operculo super. annotata sunt contenta libri, ubi expositio f. 85—187 sic intitulatur: »Postillacio pulcra super XV epistolas b. Pauli per ordinem.« Vetus sign. B, 58.

1965 *X. G. 11.* (*Y. III. 3. n. 34.*)

chart. saec. XV ff. 331, 22 × 15 cm. d. m.

Sermones dominicales et festivales auctoribus Husitis. Quibus inserta sunt haec notabiliora: f. 257ᵇ—260ᵃ de iuramento, f. 260ᵃ—264ᵃ de simonia, 264ᵃ—268ᵇ de poenitentia et confessione, f. 302ᵃ **Epistola Johannis Wiclif ad consortem suum Radlinum (sic pro: Radulfum) Strode.** A f. 307 usque ad finem sunt variae notae theologicae, quarum una f. 321ᵃ—323ᵃ »de quadruplici sensu sacre scripture« cum interpretatione bohemica in fine (M. Johannis Hus ?). Item observa haec bohemice rubricata: f. 306ᵇ »day boze swobodu«, f. 315ᵇ »bud bozie milost wnas. Hospodyne pomyluy ny Jesu Kriste pomylui ny«. In f. 307ᵃ occurrit nomen »Johannes Knyezmost« rubricatum.

Vetus sign. V, 38.

1966 *X. G. 12.* (*Y. III. 3. n. 36.*)

chart. saec. XV (partes a. 1452 et 1453) ff. 151, 21·5 × 16 cm. d. m.

f. 1ᵃ—1ᵇ Divisio scientiae mathematicae.

f. 2ᵃ—32ᵃ **Johannis de Sacrobosco Tractatus de sphaera materiali notis instructus.** »Tractatum de spera« × »machina dissolvetur. Expl. tractatus M. J. de S. qui est finitus a. d. **1453** fer. II ante purificacionem b. v. M. in bpmmfhkp (= collegio) regis Wenceslai« (superscriptum: »Karoly«).

f. 33ᵃ—37ᵃ »**Breviarius**« **de motibus solis et lunae.** »In firmamento celi« × »gracias agant pro compilatore et collectore istius breviarii«. . .

f. 37ᵇ Quaestio »utrum cometa . . . sit de natura elementari.«

f. 38ᵃ—90ᵃ (anepigr.) **Commentarius in Johannis de Sacrobosco tractatum de sphaera materiali.** »Mundi perfeccio ex quatuor principiis« × »machina dissolvetur.«

f. 91ᵃ—140ᵃ **(Gerardi Cremonensis) Theorica planetarum.** »Circulus ecentricus« × »et non corporaliter. Et sic est finis.« (Exemplaria duo eiusdem operis, quorum alterum mancum, alterum integrum est.)

f. 141ᵃ—151ᵇ (anepigr.) **Tractatus de arte computistica.** »Quoniam ars computistica in domo dei« × »coniunccio sequentis mensis. Et sic est finis huius operis per rever. Mag. . . . (nomen atramento illitum) scriptus a. **1452** fer. V ante dominicam Domine ne longe.«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici neumati saec. XI—XII. In operculis occurrunt notae duae: 1. »Mag. Jacobus incepit legere fer. II ante Barnabe apost. 1482«, 2. »Mag. Paulus de Zacz incepit legere speram materialem fer. II ante festum spiritus s.« (annus non est annotatus).

1967 *X. G. 13.* (*Y. III. 3. n. 39.*)

chart. saec. XV ff. 201, 21·5 × 15·5 cm. 1 m.

Aristotelis libri de anima cum lectura super eosdem.

f. 1ᵃ »In eius nomine feliciter amen, a quo animarum« . . .

f. 42^a—67^b (anepigr.) **Visio Tnugdali.** »Venerabili ac devote domine G.... dono abbatisse fr. Marcus« × »cui honor et gloria per infinita s. s. A.«
f. 68^a—70^b »Meditacio cuiusdam afflicti de passione domini.«
f. 71^a 12 prophetae ut se habeant ad 12 articulos fidei.
f. 72^b Revelatio cuiusdam papae in extremis.
f. 73^a—104^b **Homilia super »Stabat iuxta crucem«.**
f. 105^a—111^a **»Tractatus pro informacione notule.«** »Pro littera autem formanda in notula simplici« × »quantum unus tractuum comprehendit.« (Litera initialis P deaurata est.)
f. 112^a—134^a »Dis ist ein **Buoch von dem Habiche**« (recens. Kelle, Serapeum 1861 p. 369).
f. 135^a—142^b **Alberti Magni Tractatulus de reformatione vinorum et eorum conservatione.** »De vino et eius proprietatibus« × »et sic successive in cibum sumantur.«
f. 143^a—150^a **Eiusdem Tractatus de plantationibus arborum.** »Modus insercionis« × »Explicit Albertus de plantacionibus et confeccionibus.«
f. 151^a—160^a Regulae arithmeticae.
f. 161^a 170^b **Thaddaei Florentini Liber de sanitate conservanda.** »Incipit libellus sanitatis factus per Mag. Thadeum de Florencia . . . Quoniam possibilis« × »male sibi succedit. Explicit« etc. u. s.
f. 171^a—184^b **Tractatus contra pestilentiam.** »Ad honorem s. trinitatis« × »Explicit tract. contra pest.«
f. 185^b—195^b **Epistola cuiusdam episcopi ad Nicolaum papam, »per quam non reprobatur coniugium in clericis«.** »Hec est rescripcio« × »visurus sit dominum. Et sic est finis. Explicit epistola, per quam« etc. u. s.
f. 196^a—228^b **Tractatus archidiaconi cuiusdam de provisione familiae facienda per annum.** Post registrum: »Cum spiritualibus temporalia famulentur« × »recedere ab hac vita«.

f. 229ᵃ—242ᵃ **Jacobi Twingeri de Königshofen Tonarius seu libellus de octo tonis**. »Cum propter vicia« ╳ »neume que sequuntur«. Sequuntur notae musicae in 5 foliis. (Phototypice edid. Mathias, Graz 1903.)

f. 242ᵇ »Intitulacio dominorum s. Thome ad cantoriam secundum introitum eorum ad prebendas suas a. 1415« (quorum octavus est Jacobus Twinger).

f. 243ᵃ—251ᵇ **H. de Zeelandia Tractatus de cantu perfecto et imperfecto**. »Gaudent musicorum discipuli« ╳ »extra fa in specie perfecta.« Sequuntur notae musicae in 5 foliis. (Partem ed. Coussemaker Script. IV, Cf. Ambros, Gesch. d. Musik II, 277).

f. 252ᵇ—257ᵃ (Titulus in registro:) »Tractatus, qui intitulatur **Papalista summorum pontificum**«. »Nicolaus III. Ascende calve, ut amplius decalveris« ╳ »Requiescet dominus ab omni opere, quod patravit.«

f. 258ᵃ Notae de officio notarii.

f. 258ᵇ—261ᵇ Notae musicae, ut videtur, ad tractatum superiorem H. de Zeelandia spectantes.

f. 262ᵃ—267ᵃ **Tractatus de flebotomia**. »Ver, estas dextram« ╳ »matricis doloribus et cetera leyndencranz.«

f. 267ᵇ—268ᵇ Regulae diaeteticae metricae.

f. 269ᵃ—274ᵇ (anepigr.) **Johannis de Göttingen, capellani Johannis regis Bohemiae, ad eundem regem tractatus de cautela a venenis.** »Gloriosissimo principi . . . Johanni . . . Bohemie Polonieque regi« ╳ »una nux magna bene sana et electa.«

f. 275ᵃ—278ᵇ **Tractatus de ornatu faciei**. »Cum ut Ypocras in pronosticis« ╳ »vel confarina fabarum.«

f. 279ᵃ—282ᵇ **Tractatus de falso somno**. »Ne (?) autem falsus sompnus vel oppressio« ╳ »tibi videbis.«

f. 283ᵃ—307ᵇ »Incipiunt **Curaciones M. Poncii de S. Eu.**« (sic, Fabricius habet: de S. Aegidio). »Contra fluxum lacrimarum« ╳ »Contra ethicam et frigiditatem stomachi in eadem practica et que infra ponuntur, sunt de alia.«

f. 308ᵃ—321ᵃ De repletione universali. Item formae medicae (ultima germanica est).

f. 322ᵃ—325ᵃ »**Pomum vite**, quod tardare facit seniciem« ╳ »moriens cognoscitur omnis. Explicit pomum vite.«

f. 325ᵃ **M. Petri Hispani Tractatus aquarum**. »Aqua mirabilis ad visum« ╳ »da eis.«

f. 325ᵇ—331ᵃ Formulae medicae variae. Quaestiones de naturalibus. De flebotomia. De diebus periculosis.

f. 331ᵇ—340ᵇ Excerpta medica (de theriaca, de medicinis lapidum contra venenum, de oblatione ciborum, recepta varia).

Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. syngraphae cuiusdam germanicae datae Argentinae saec. XIV—XV. In fragmento super. verso haec nota manu saec. XV scripta occurrit: »Hic presens liber est fratris Stephani Helmeir de Ratispona.«

2057 *XI. E. 10.*

chart. saec. XVII ff. 173 (47 + 126 num.), 19·5 × 15·5 cm. 1 m.

»Elenchi Novellarum et Declaratoriarum in regno Bohemiae.« Item **»Elenchi ad ius provinciale Bohemicum.«**

Ex bibl. Carolina nova, cui codex ex bibl. Sternbergiana olim obtigerat.

2058 *XI. E. 11.*

chart. saec. XVII (pars prior a. 1648) ff. 102, 20·5 × 16 cm. 1 m.

f. 1a—92a **»De arte ditescendi dissertatio prima ex Avellino ad philosophos Germaniae anno 1648.«**

f. 93a—102b **»Axiomata politica pro moderno seculo« (Politische Grundsätze für das neue Jahrhundert).**

Ex monasterio Třebonensi, cuius bibl. catalogo codex iam a. 1718 inscriptus erat.

2059 *XI. E. 12.*

chart. saec. XVII ff. 76, 20 × 16 cm. 2 m.

f. 1a—9b **»Dialogus (Amantii et Dubitantii) de subsistentia apparitionum praeteriisse** (sic) **narratarum in Lauretano Patrum discalceatorum ord. s. Augustini monasterio Viennae Austriae a. 1651 mensibus Septembri et Octobri.«**

f. 10a—76a **»Enarratio casuum praeteritorum Viennae Austriae in conventu Lauretano fratrum discalceatorum s. Augustini a. 1651 mensibus Septembri et Octobri«** (latine et bohemice). **Vidění v klášteře augustiniánském ve Vídni r. 1651.**

2060 *XI. E. 13.*

chart. saec. XVIII ff. 15, 20 × 16 cm. d. m.

f. 1a—1b Preces liturgicae ad venerationem sacramenti altaris dicendae »O salutaris hostia«.

f. 2a—4a Eaedem preces typis excusae.

f. 5a—9a **Litaniae de passione Christi ternae.**

f. 10a—13b **Litanie o přesladkém jménu Ježíše.**

f. 14a—15b **Litanie ke všem svatým.**

2061 *XI. E. 14.*

chart. a. 1682 et 1684 ff. 58, 20 × 16 cm. 2 m.

f. 1a—29a (deficiente fol. init. anepigr.) **Statuta ordinis servorum s. Mariae** insertis literis Hippolyti Beham, vicarii generalis per Germaniae provinciam, datis Oeniponti a. **1684**, 18. sept.

f. 29b—34a »Citationes pro singulis capitibus« statutorum.

f. 35—58a **»Teutscher Auszug (ausz denen Constitutionen . . . . der Teutschen Provintz Ordens der Diener Unser lieben Frauen) die Layenbrüder betreffendt« (1682).**

2062 *XI. E. 15.*

chart. saec. XVII ex. ff. 73 (= 146 pp. num.), 18 × 12·5 cm. d. m.

»**Synopsis quarundam minutiarum temere collectarum**« (**Miscellanea historiam Bohemiae praecipue saec. XVII. concernentia**, quorum maioris momenti haec esse videntur: pag. 103—113 Catalogus ecclesiarum collegiatarum et monasteriorum in regno Bohemiae saec. XVII ex., p. 121—127 **Spottgedicht auf den Friedensschluss zu Ryswyk im J.** 1697, p. 135 **Kšaft Františka Ignace hrab. z Rozdražova z r. 1691 s kodicillem (výpis z r. 1695)**.

Ex conventu s. Wenceslai ord. erem. disc. s. Aug. Neo-Pragensi.

2063 *XI. E. 16.*

chart. saec. XVII ex. ff. 80, 19 × 15 cm. d. m.

Miscellanea genealogiam familiarum quarundam bohemicarum nec non historiam monasterii s. Wenceslai Neo Pragensis concernentia, latina, bohemica, germanica (auctore P. Vincentio a s. Wilhelmo ?).

Nota in fol. praeligato: »P. Vincentii à S. Wilhelmo.« Eiusdem P. Vincentii Miscellanea genealogica et stemmatographica, maximam partem bohemica, vide apud nos sub sign. XVII. E. 28, F. 35 et 36, G. 16. Sine dubio ex monast. s. Wenceslai Neo-Pragensi.

2064 *XI. E. 17.*

chart. saec. XVII ff. 28, 19 × 15 cm. 2 m.

f. 1ᵃ—6ᵇ **Innocentii papae X Declaratio nullitatis articulorum nuperae pacis Germaniae** (Westphalicae 1648). Apographum editionis Viennensis a. 1650.

f. 7ᵃ—28ᵃ **Tractatus physicus** (cuius titulus evulsus est).

2065 *XI. E. 18.*

chart. saec. XVI—XVIII ff. 99, 20 × 17 cm. d. m.

f. 1ᵃ—35ᵇ »**Diarium id est acerrimae obsidionis a. 1648** . . . Suecico Marte reg. . . . **Pragensium** urbes ad deditionem urgente . . . **descriptio authoris sumptibus Joannis Norberti Zatoczil de Löwenbrug (sic!)** . . . **idiomate bohemico** . . . **editum** . . . a. **1685 typis vulgatum** (Jungmann V, 282) a. **vero 1702 a quodam S. J. sacerdote latinitati donatum**.«

f. 36ᵃ—75ᵇ saec. XVII/XVIII. »**Hermenegildus. Tragoedia**« versibus conscripta.

f. 76ᵃ—85ᵇ saec. XVI/XVII. »**De vita clarissimi viri domini Rhoznatae Daepeliensis et Cotishoviensis monasteriorum fundatoris.**«

f. 86ᵇ—88ᵇ **Carmina duo de nativitate Christi** (alteri additum est chronostichon declarans a. **1586**.)

f. 89ᵃ—91ᵃ »**Lugubris threnodia filiorum Sion, dum** . . . **Hyacinthus (Hohman) Doxanae tertiana correptus fuisset adiuncto iubilo, postquam eundem pristinae valetudini restitutum laetior fama nun-**

ciasset. Concinnata et oblata a F. A. F. professo Strahoviensi« (circa a. **1679**; cf. Mika, Das ruhmwürdige Doxan p. 111).

f. 92ᵃ—99ᵃ **»S. P. Benedicti XIII pont. max. Concio habita in consistorio secreto 8 Nov. 1728 una cum actis in eodem consistorio recitatis.«** (Apographum edit. Romanae 1728.)

2066 *XI. F. 3.*

chart. saec. XV ex. ff. 240, 16 × 11·5 cm. 1 m.

Sermones de sanctis latino-bohemici a quodam praedicatore partis sub utraque Litoměřicii post a. 1471 habiti (Kázaní sváteční latinsko-česká Litoměřická).

Specimina sermonum istorum edid. Hanuš, Malý Výbor p. 31 sq. Cf. etiam Čas. Mus. 1861 p. 111 et Sitzgsber. d. k. böhm. Ges. d. W. 1861, I, 73, ubi fragmentum versificati decalogi bohemici, olim operculis codicis huius adglutinati, nunc sub sign. XVII. J. 17 n. 5 asservati recensetur.

2067 *XI. F. 5.*

chart. saec. XVIII ff. 58, 15·5 × 10·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—8ᵃ »Memorialia generalia s. Bonaventurae« (Excerpta latina et germanica).

f. 9ᵃ—27ᵇ (deficiente initio anepigr.) **Instructio religiosorum.**

f. 28ᵃ—50ᵇ »De duplici praeparatione ante orationem mentalem.« (Finis deest aliquot foliis excisis.)

f. 51ᵃ—56ᵇ »Directiones quaedam pro adipiscenda perfectione.«

f. 57ᵃ—58ᵇ Preces (quarum finis deest).

2068 *XI. F. 6.*

chart. a. 1618—20 ff. 480, quorum plurima scriptura vacant, 15·5 × 10 cm. d. m. cum pict.

Liber Nicolai Deym de Střítež, equitis Bohemi, in academia Altorfina a. 1618—20 studentis, sacer memoriae (Stammbuch) amicorum, qui nomina sua propriis manibus inscripserunt, insignia impingi fecerunt et sententias latinas, germanicas, bohemicas, italicas, gallicas, hebraicas addiderunt.

2069 *XI. F. 7.*

chart. saec. XV ff. 159, 15 × 11 cm. d. m.

f. 1ᵃ—4ᵇ Sermo super »Posui vos, ut eatis et fructum afferatis«.

f. 5ᵃ—29ᵇ (anepigr.) **Lateinisch-deutscher Beichtspiegel.** »Nun wen ein mensch bichten wil« × »et omnibus gracijs neglectis sibi et universitati« (finis desideratur codice mutilato). Cf. Keile, Serapeum 1868 p. 342.

f. 30ᵃ—33ᵃ Notae theologicae variae.

f. 34ᵃ—108ᵇ **Fr. Johannis Nider Manuale confessorum.** »Quoniam iuxta b. Gregorii in suo pastorali sentenciam« × »Expl. tractatus de erudicione confessorum editus a . . Nyder de conventu Nurnbergensi et ibidem sepultus. **Albertus Göldlin** XXXXI« **(1441).**

f. 109ª—110ª Registrum operis praecedentis.
f. 111ª—122ᵇ **Eiusdem Tractatus de lepra morali.** »Olim legimus« × »quanto per eos minus nata est« (finis deest).
f. 123ª—126ª saec. XVI. **Žehnání proti krupám a zlému povětří.**
f. 127ᵇ Nota: »Fr. Robertus Largentier religiosus Cistercii prior huiusce celeberrimi monasterii Auree Korone factum et scriptum a me ipso 27. dec. 1589« (sic).
f. 128ª—132ᵇ **Albertani causidici Brixiensis Tractatus de dicendo et tacendo** (carens fine).
f. 133ª—143ᵇ Notae variae (f. 138ᵇ—139ª **Decalogus rhythmis germ. expressus.** f. 139ᵇ—140ª **Recepta ad faciendum incaustum).**
f. 144ª—155ᵇ **Dialogus b. Anselmi cum b. virgine de passione domini** (carens fine).
f. 156ª—159ᵇ »Augustinus in dialogo inter sanctam animam et Mariam de passione Christi.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis liturgici notis musicis (pedibus muscarum) instructi saec. XIII—XIV; inferiori vero adligata sunt duo folia membr. codicis homiletici germanici saec. XI/XII **(Bruchstücke einer Predigtensammlung des XI/XII Jahrh.** Cf. Kelle, Serapeum 1868 p. 355). Codicem recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 47. Ex monasterio Aureae Coronae.

2070 *XI. F. 8.*

chart. saec. XVII ff. 131, 15 × 20 cm. 1 m.

f. 1ª—51ᵇ **Alexandri Peregrini Compendium privilegiorum et gratiarum congregationis clericorum regularium.** (Opus hoc, ut docent literae censorum datae Romae 17. apr. 1610 et praefationi annexae, typis editum est nescio quando.)
f. 52ª—63ª **(Tractatus) de quibusdam privilegiis mendicantium.** »Quoniam aliqua sunt« × »committenda.«
f. 64ª—71ᵇ **Compendium facultatum concessarum collegiis Societatis Jesu per provincias septentrionales.**
f. 72ª—72ᵇ »**Bulla data a Julio Spinola, provinciae Bohemicae pro tempore nuntio apostolico**«, **ad provincialem Capucinorum** »**6. dec. 1665**«.
f. 73ª—112ᵇ »**Instructio pro sacerdotibus confessariis visitantibus infirmos.**«
f. 113ª—121ᵇ **Casus reservati regularium secundum praxim regularum Capuc. congregationis** relinquendo aliis religiosis propria statuta et consuetudines.
f. 122ª—131ᵇ (anepigr.) **Anleitung zum Krankenbesuch für Beichtväter und Seelsorger.** »Nicht ein klein: vnd schlechte Sach ist es« × »dir befohlen sein.«

2071 *XI. F. 9.*

chart. saec. XV (pars a. 1431) ff. 302, 14·5 × 10·5 cm. 1 m.

f. 1ª—243ª **Vocabularius biblicus latino-bohemicus, cui inscribitur Mammotrectus. (Slovník biblický latinsko-český řečený Mammotrekt.** Cf. Jungmann III, 3). × »A. **(14)31** fer. II ante Thome apostoli.«

f. 243^{b}—244^{a} Vocabula latino-bohemica de psalterio sumta.
f. 245^{a}—270^{b} **Kniha zjevenie sv. Jana.** (Jungmann III, 596.)
f. 271^{b}—302^{a} (anepigr.) **Johannis Friburgensis Confessionale** »Simpliciores et minus expertos confessores« X »Et sic exauditus est in illa hora.«

Operculis adligatum est fragmentum membr. instrumenti publ. notar. Martini Adae de Zacz conscripti a. 1398 super quadam donatione. Ex bibl. regii coenobii Spineae vulgo Aureae Coronae ord. Cisterc.

2072 *XI. F. 10.*

chart. saec. XV (pars a. 1428) ff. 354, 14·5 × 11 cm. d. m.

f. 1^{a}—61^{b} (deficiente initio anepigr.) **Herbarius cum interpretatione nonnullarum herbarum bohemica.** »Catapucia« X »Zynziber . . . et confert memorie.« **(Herbář latinský s něktерými názvy českými.** Jungmann III, 263).
f. 61^{b}—70^{b} Formulae medicae.
f. 70^{b}—79^{b} »Medicine simplices et composite.«
f. 79^{b}—100^{a} **(Nicolai Salernitani) Antidotarium secundum ordinem alphabeti.** »Aurea Allexandrina dicta est« X »Ungentum, quod valet serpiginosis et elephanciosis . . . ad solem vel ignem etc. Et sic est finis.«
f. 100^{b}—109^{b} De unguentis et medicinis variis. Item formulae medicae variae.
f. 110^{a}—308^{a} (initium deest) **Cyrilli episcopi Quadripartitus apologeticus.** »que evitandum. Justicia facit bonum« X »Et hiis digestis quievit . . . Explicit liber quadripartitus moralium per manus **Thome de Giczin** a. d. **1428.**«
f. 308^{b} (Nota ad opus praecedens spectans rubricata atramento illita est, sed tamen potest legi:) »Cirillus archiepiscopus Jerosolimitanus editor est huius opusculi; libellum vero hunc **Johannes Noviforensis** quondam cancellarius Romani imperatoris, episcopus Olomucensis, censuit fieri in memoriam memorati editoris et precipue propter colores rethoricos, qui in ipso continentur subtilissimi.« (Nota haec de exemplari, quod Johannes Noviforensis scribi fecit, descripta esse videtur.)
f. 309^{a} **Epitaphium Friderici II imperatoris.**
f. 309^{b}—311^{b} (anepigr.) **Johannis Noviforensis Epistolae duae** (adhuc ignotae).
f. 311^{b}—312^{b} Excerpta varia.
f. 313^{a}—354^{b} **Aristotelis ad Alexandrum Magnum Liber de regimine principum seu secreta secretorum** de arabico translata. »Domino suo excellentissimo« X »ad meliorem et probabiliorem partem. Completus est tractatus de signis et moribus naturalibus hominum ad regem magnificum Alexandrum« . . . Sequitur capitulum »de speciali secreto secretorum« carens fine codice mutilato.

2073 *XI. F. 11.*

chart. saec. XVII ff. 182, 14·5 × 10 cm. d. m.

Liber hic **Arnoldi Angeli (Engel) S. J.** (pseudonymi **Orlandi Galeni)** tres habet titulos latinos et unum germanicum. Titulus primus in

schedula f. 1ª adglutinata typis excusus hic est: »**Arnoldi Angeli chilias Carminum Trilinguis sive Epigramatum Centuriae X Graeco Latino Germanae.**« Titulus alter f. 1ᵇ manu scriptus hic occurrit: »**Serio — Ludicra Graeco — Latino — Germana Lothidos Metamorphosis sibi Parallela sive Sales De Loth Uxore in Statuam Salis conversa Epigrammatum Hecatombae XIII** (?) **Devoto Foemineo Sexui consecratae ab Orlando Galeno sub uno semper Disticho.** Excusum Salisburgi sumptibus Nasicae.« Sequitur f. 2ª titulus germanicus hic: »**Veränderung der Gestaldt oder Loths Weib in einer Saltz Säul.** In Schertz: Sinn: oder Saltz Reimen von Schimpf undt Ernst Zu sammen gestimbt Undt dem Hoch Adelichen Deütschen Frawen Zimmer sonst Andächtigen Weiblichen Geschlecht Alsz **der** Sinreichen Höchlöblichen **rechtfruchtbringenden Geselschaft** Ehrer Biethieg **Zugeschrieben** undt Zugeäignet **Von Orlando Galeno** (alia manus addit: Algeno) **den Schmackhafften.** Gedruckt Zu Saltzburg. Durch Verlegung der Fraw Wittib Naaszwitzin.« Tituli latini tertii, consimilis superiori, sed centurias tantum VI vel VII indicantis et **Vratislaviae in haeredum Baumannianorum typographia a. 1676** (?) impressi, in f. 181ᵇ vestigia tantum supersunt, quae tamen declarare videntur certe partem operis impressam fuisse, quamvis exemplaris huius bibliographi nullam faciant mentionem. Hoc opus dicatum erat Christinae, Suecorum et Gothorum reginae. (De auctore, cuius tragoedias manu scriptas vide sub XI. E. 8, cf. Pelzel p. 49.)

Ex bibliotheca S. J. Clementina, ut docet nota in f. 1ª: »In usum et pro cubiculo M. Parvae Scholae.«

2074 *XI. F. 12.*

membran. saec. XV ex. ff. 119, 14·5 × 10 cm. 2 m.

Breviarium latinum germanicis rubricis instructum et monialibus adaptatum, exhibens officia pro morituris et mortuis sororibus.

2075 *XI. F. 13.*

chart. saec. XVII et XVIII ff. 163, 12 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—56ª (anepigr.) **Breviarium politicorum secundum rubricas Mazarinicas.** × »Nota pro clausula, quod haec ordinatio rerum huius tituli solum magnatibus conveniat, aliae tamen oeconomicae possunt et ab aliis reservari. Finis. Descriptus hic libellus a. d. **1683** die 5. Novemb. a **Daniele Andrea Pokorny** Brundusii.« (Liber typis excusus, cuius edit. VII (sed ista clausula carentem) v. 13. K. 60.)

f. 57ª—163ᵇ saec. XVIII. **Recepta medica et chemica latina, bohemica, germanica.**

Nota in operculo superiore: »Ex haereditate r. d. Wenceslai Engelmann ... spiritualis Larensis« (?) De posterioribus libri fatis nil constat.

2076 *XI. F. 14.*

chart. saec. XVII et XVIII ff. 110, 15 × 8·5 cm. d. m.

f. 1ª—66ª Postulata congregationum S. J. provinciae Bohemiae post divisionem factam a provincia Austriae cum responsis a. 1625—1723.

f. 67ª—70ᵇ Quaestio canonica, an professi Societatis (Jesu) haeredes testamento institui possint.

f. 71ª—110ª Responsa data procuratoribus S. J. provinciae Austriae ex congregationibus a. 1568—1723.

Codex hic demum a. 1853 bibliothecae obtigit.

2077 *XI. F. 15.*

chart. autographus a. 1836—37, ff. 116 (2 + pp. 74, 1 + pp. 79, 1 + pp. 55, pp. 14), 19·5 × 16·5 cm.

f. 1ª—39ᵇ »Miscellanea latina ex veteribus, etiam nonnullis recentioribus auctoribus collecta a Carolo Fischer Lichtenstadiensi a. 1836.«

f. 40ª—80ª »Nachrichten von der Höhle des heiligen Abtes Prokop ohnweit der k. Hauptstadt Prag, insgemein das Prokopi—Loch genannt, und von der Benediktiner-Abtey an dem Flusze Sazawa. Vom Karl Fischer aus Lichtenstadt. 1836.«

f. 81ª—110ª »Mittheilungen aus dem Buche: Letzte Schicksale und Entdeckungen des französischen Schiffskapitäns Laperouse und der Mannschaft der Fregatte la Boussole. Hanau, Friedrich König 1837« (von Carl Fischer).

f. 111ª—116ᵇ »Die Haubtstadt Northampton oder Northafandon« × »Genau und getreu nach der altdeutschen Schreibart kopirt (von Karl Fischer) aus dem Werke betitelt: Das Neu-Geharnischte Grosz-Britannien . . . Nürnberg 1690 Seite 108 ff.«

Ex haereditate Caroli Fischer custodis bibliothecae nostrae obtigit a. 1861.

2078 *XII. A. 1.*

membran. saec. XIV ff. 117, 27 × 19·5 cm. d. m.

Missale secundum rubricam ecclesiae Pragensis (ut docet commemoratio s. patronorum Bohemiae).

2079 *XII. A. 2.*

chart. saec. XIV—XV ff. 344, 29 × 20·5 cm. 1 m. cum init. pict.

Guilelmi Durandi Rationale divinorum officiorum. (Exemplar operis integri.)

f. 1ª »Prohemium. Quecunque in ecclesiasticis officiis« × f. 344ª »pro peccatis meis devotas oraciones effundant. (rub.) Jamque finis appropinquavit, cum me de tormentis huius laboris liberavit. Tunc consolabor ego, cum in manu mea finales habebo« . . . .

Ad calcem f. 1ª manu saec. XVI—XVII: »Ex libris Joannis Sphaerim à Sphavrinis«. De ulterioribus libri fatis nil constat.

2080 *XII. A. 3.*

chart. saec. XIV ex. ff. 167, 30 × 20 cm. 1 m.

Homiliae veterum patrum ab adventu usque ad quadragesimam. (Pars I collectionis maioris.)

f. 1ᵇ »Inicium s. ewangelii Jhesu Christi . . . (Homilia s. Bedae) Conferendum est hoc ewangelium« × f. 167ª (S. Bernardi) »devotissime destinavi. Explicit pars prima omeliarii ab adventu usque ad quadragesimam« (Subscriptio haec rubricata radendo valde laesa est).

Nota in operculo superiore manu saec. XV scripta: »Liber ecclesie in Bossulecz.«

2081 *XII. A. 4.*

chart. saec. XVIII ff. 53 (= 105 pp.), 30 × 19 cm. d. m.

»Tituli mensae pro consequendis sacris ordinibus ab a. 1670 (usque ad a. 1743) a canonia Trebonensi collati« (19 petentibus, quorum nomina fol. 1 verso occurrunt).

Sine dubio e canonia Trebonensi.

2082 *XII. A. 5.*

chart. a. 1693—1701 ff. 41, 32 × 21 cm. d. m.

»Diarium secundum conventus Matris Dolorosae in Rabenstein ordinis Servorum b. M. V. ab a. 1693—1701.«

Diarium primum v: VI. C. 18, quintum v: VI. C. 16. Ex eodem conventu.

2083 *XII. A. 6.*

chart. saec. XVII ff. 68, 30 × 20 cm. d. m.

Johannis Dlugossii (seu Longini) Catalogus et Chronicon episcoporum Vratislaviensium usque ad a. 1684 continuatum. Incipit: »Nomina episcoporum, qui tam Smogroviae quam etiam Ritzinii et deinde Wratislaviae cathedrali ecclesiae praefuere«.

Ex collegio S. J. Comotoviensi.

2084 *XII. A. 7.*

chart. a. 1646 ff. 55, 30 × 23 cm. 1 m.

Graduale monasterii Chotěšoviensis de tempore a. 1646 exaratum et perpetuis notis musicis instructum.

Operculo super. impressum est monogramma: Z. B. P. C. (Zacharias Bandhauer praepositus Chotěšoviensis), deinde insigne monasterii eiusdem (terna cornua cervina), subter a. 1646, quo etiam codex exaratus esse videtur. Sine dubio ex monast. Chotěšoviensi.

2085 *XII. A. 8.*

chart. a. 1676 ff. 57, 30 × 20·5 cm. 1 m.

»Anima historiarum publicarum nostri et antecedentis seculi. 1676.« In fronte f. 3ª hic titulus occurrit: **»Idea Machiavellica sesquiseculi Gallicani.«** In fine: »Finitum mense Martio 1676.«

Aliud exemplar operis habetur VII. E. 25.

2086 *XII. A. 9.*

chart. saec. XV ff. 168, 29·5 × 21 cm. d. m.

Antiphonarium de sanctis notis musicis instructum.

Nota in operculo inferiore: »Gindrzych Przybramsky M. S. M. S. in die Procopii confessoris a. 1584.« Operculis adglutinata sunt fragmenta cuiusdam codicis hebraici.

2087 *XII. A. 10.*

chart. saec. XIV—XV ff. 161, 29·5 × 21 cm. 1 m.

f. 1ª—78ª **Sermones quadragesimales.** »Cum ieiunatis . . Quia omne opus bonum« × »ubi clara et manifesta est visio Christi, ad quam« etc. (In cod. I. E. 14 f. 43 sermones isti Permensi — Antonio Parmensi? — attribuuntur.)

f. 79ª—161ᵇ **Sermones quadragesimales.** »Cum ieiunatis . . . Dominus ac redemptor noster« × »primo per visum, cum dixit: videte manus« . . . (finis deest codice mutilato).

In fol. praeligato alia manus exaravit duo prothemata sermonum: 1) »In cena domini thema«, 2) »In parasceves festo pro verbo dei«.

2088 *XII. A. 11.*

chart. a. 1366—67 ff. 138 num., 28·5 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—4ª **Sermones dominicales** (initio carentes). »Spiritualiter repte in hac vita« × »Et sic a. d. **1366** expliciunt sermones optimi per totum annum de epistolis et ewangeliis dominicalibus, comparati per honor. virum dom. Andream predicatorem tunc temporis ecclesie Wolynensis et ad mandatum ipsius per manus **Petri Pauli quondam filii** conscripti.«

f. 4ª—8ª »**Historie moralisate**.« »Legitur primo Machabeorum« × »surgere a peccatis valeamus.«

f. 8ª—9ᵇ »Sermo gloriosus de assumpcione. Vidi et ecce sedes posita erat« . . .

f. 9ᵇ—23ᵇ **Auctoritates (theologicae)** »primo de gaudiis vite eterne« et aliae. × »Et est completum in vigilia nativitatis domine nostre.«

f. 23ᵇ—35ᵇ **Speculum beatae Virginis.** »Maria optimam partem« × »pertingere valeamus.«

f. 35ᵇ—36ᵇ Sermones duo, de s. Thoma Aquin. et de ss. Philippo et Jacobo.

f. 37ª—81ª **Fr. Francisci Gallicani Sermones de omnibus sanctis.** (S. Nicolai) »Thezaurus desiderabilis« × (Katherine) »Si de ista virgine vel

de aliis vis plus habere, requiras in communi sanctarum virginum, qui (sic) statim incipiunt. Explicit« (cetera evulsa sunt).

f. 81ª—95ᵇ **Sermones de communi sanctorum**, et de s. Marco et Dominico.

f. 96ª—105ª **Aesopi Fabulae mysticatae.** »Aperiam in parabolis os meum« × »sermo durus suscitat furorem. Et est finis fabularum optimarum. Et notare debetis, quod omnes istas fabulas potestis secundum voluntatem vestram misticari (sic) licite ad quamlibet materiam mundi applicando.«

f. 105ᵇ—113ª **Fulgentii Placiadis Imagines.** »Ymago ambicionis. Ambicio describitur« × »luxuriose viventibus. Expliciunt ymagines secundum Fulgencium.«

f. 113ª—116ª »Incipiunt diversorum doctorum picture. Narrat magister Gullermius« (in margine: »et primo ymago sapiencie«) × »quod ex tali amore ortum habuit.«

f. 116ª—118ᵇ **Aristotelis Aenigmata septem.** »Primum enigma est: Stateram ne transilias« × »et in tempore vindicte disperdet te. Et est finis tocius. Explicit liber gloriosus per dom. Andream predicatorem ecclesie Wolynensis comparatus a. d. **1367** festi die s. Gregorii altera per manus **Petri** completus.«

f. 119ª—138ª **Sermones diversi.**

Operculo superiori adligatum est fragmentum membran. codicis liturgici saec. XIII/XIV. Eidem operculo inscriptum est: »Liber monasterii S. Spineae Coronae in Boemia catalogo inscriptus a. 1646«.

2089 *XII. A. 12.*

chart. saec. XVI/XVII ff. 252, 30 × 20 cm. d. m.

f. 1ª—39ᵇ **Gemini Isagoge in Phaenomena** (Arati?) »Zodiacus circulus in 12 dividitur partes« × (registri cap. XVI) »et de significationibus signorum.«

f. 40ª—63ª **Michaelis Coigneti Antverpiani** »**Duodecim divisionum regulae pantometrae, per quas ope vulgaris circini fere omnia mathematicorum problemata facili negotio resolvuntur.**«

f. 64ª—140ª (anepigr.) **Exercitationes geometricae** (magnam partem tantum figuras delineatas sine textu exhibentes).

f. 141ª—160ª »**Brevis introductio ad bellica munimenta.**«

f. 161ª—173ª »**Arithmeticae compendium.**«

f. 174ª—224ª Figurae variae ad geometriam et mechanicam spectantes sine textu.

f. 225ª—230ᵇ Cap. IV cuiusdam operis geometrici comprehendens brevissimum planimetriae compendium, cui inscribitur: »Quare his disciplinis prae ceteris firma et indubitata sit concludendi ratio.« **(Fragmentum hoc manu Tychonis Brahe scriptum** nunc separatim asservatur sub sign. XII. A. 28.)

f. 231ª—252ª »**Asterismorum et quarundam singularium stellarum primae ac secundae magnitudinis ortus, occasus, culminationes et longitudines ex Hipparcho et Ptolemaeo secundum quinque climata.**«

Opusculo codicis primo et ultimo inscriptum est: »Collegii Caesarei Soc. Jesu Pragae 1642«, sed in catal. a. 1781 non occurrit.

2090 *XII. A. 13.*

chart. saec. XV (pars a. 1412) ff. 217, 30 × 21·5 cm. d. m.

f. 1a—79a **Excerpta de Reductorio Morali M. Petri Berthorii de Pictavia.** »Deus est principium« × »sed offendunt et spoliant. Dic ut scis. Explicit . . . (lacuna ex scissura) s. Dorothee et hoc sub a. **1412** . . . et eodem anno obiit frater eius Matias« . . .

f. 79b—112b (anepigr.) **Sermones dominicales.** »Abiciamus opera tenebrarum . . . Hodie tempus quoddam inchoamus« × (dominica 24) »quia inutilia addiscunt« (cetera desunt codice mutilato).

f. 113a—210a (anepigr. deficiente initio) **Passionale per circulum anni digestum** (ab opere Jac. de Vor. diversum). (De nativ. Christi) »XLII nocte dominice diei« × (de s. Perpetua virg.) »pulchre excisa fuerunt.«

f. 210a—217b (anepigr.) Sermo de dedicatione. »Egressus Jesus . . . Pueri dilecti, scire debetis« × »et de aliis quam pluribus.«

Operculis adglutinata sunt fragmenta chart. codicis philos. saec. XIV/XV.

2091 *XII. A. 14.*

chart. saec. XIV/XV ff. 232, 31 × 21 cm. d. m.

f. 1a—63b (anepigr.) **Sermones de adventu et nativitate Christi.** »Tunc videbunt filium . . . Scitis, fratres karissimi, ex symbolo« × »perducat nos.«

f. 64a—67a Sermo in dedicatione. »Egressus Jesus . . . Ex primo Regum libro didicimus« × »qui nos salvare venerat J. Chr.« etc.

f. 68a—105b **Speculum humanae salvationis.** »Incipit prologus cuiusdam nove compilacionis« × »in perpetuum benedictus in s. s.«

f. 105b—221a (anepigr.) **Sermones varii, praecipue de sanctis.**

f. 222a—229b (anepigr.) **Hugonis de S. Victore Liber de praeparatione cordis.** »Preparate corda vestra« × »eterne possessionis, quam etc. Explicit libellus de preparacione cordis.«

f. 230a—232a **Epistola Luciferi** »**missa cardinalibus ex parte dom. apostolici Urbani** propter corrigendam fidem scismaticam«. »Lucifer princeps tenebrarum« × »effugere ulcionem. Hic finit epistola, que fuit missa« etc. u. s. (Epistola haec attribuitur Henrico de Hassia.) F. 230 et 231 abscissis particulis mutila sunt.

Ex collegio S. J. Crumloviensi.

2092 *XII. A. 15.*

chart. saec. XIV/XV ff. 198, 31 × 22 cm. 2 m.

(Galli abbatis Aulae Regiae?) Malogranati liber I et II.

f. 1a »Fili accedens ad servitutem dei« × f. 66b »Explicit primus liber Malagranati (sic), qui intitulatur incipiencium per manus **Wenceslai** de Nescio odkud. Amen. Drcule (?) a nakonczy oczas.« (Subscriptio paululum radendo laesa.)

f. 197b »Explicit liber secundus malogranati, qui tractat de statu proficiencium. Sic igitur habemus duos libros illius tractatus, qui dicitur malogranatum explanatos et conscriptos.«

f. 197b—198b Tabula sive registrum praecedentis operis.

In schedula operculo super. adglutinata annotatum est manu coaeva: »Primus liber et secundus malogranati donatus per venerabilem virum Johannem plebanum de Rozenberk pro cenobio Borowanensi«. Deinde codex erat bibl. Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato.

2093 *XII. A. 16.*

chart. a. 1446 ff. 179, 31 × 22 cm. 1 m. cum init. pict.

f. 1ᵃ—137ᵃ **Jacobi de Voragine Liber Marialis.** »Cogitavi dies antiquos« × »Explicit Mariale editum per fr. Jac. de Vor. ord. pred. archiepisc. Januensem, finitum et scriptum a. d. **1446** fer. VI ante dies Rogacionum.«

f. 137ᵇ—179ᵇ **(Alberti Magni?) Biblia s. Mariae.** »In principio creavit« × »audeas emendare. Explicit biblia (superscriptum: »Excerptum biblie«) b. virginis Marie.«

Operculo super. adligatum est fragmentum membran. instrumenti publici notarii concernentis causam quandam Bohunconis, plebani ecclesiae in Olbramowicz, et Zeitfridi clientis de Mostkow sub Nicolao Puchnik officiali a. 1396 vergentem (ed. Tadra, Soudní akta VII, 233). In eodem fragmento verso occurrit nota: »Johannis presb. de Loprzeticz«. Operculo infer. adligatum est fragmentum membran. instrumenti publici notarii continentis appellationem Jacobi Johannis de Pustimir, rectoris ecclesiae in Dürnholz, super eadem ecclesia a. 1414 factam. Nota in operculo superiori: »Liber monasterii S. Corone«.

2094 *XII. A. 17.*

chart. saec. XVI ff. 44 gem., 32 × 22 cm. 1 m.

Antiphonarium perpetuis notis musicis instructum (Proprium de sanctis monasterii cuiusdam s. Clarae).

2095 *XII. A. 18.*

chart. saec. XIV/XV ff. 221, 30 × 22 cm. d. m.

Missale praecedente calendario ecclesiastico.

F. 69ᵇ in principio canonis adglutinata est **icon xylographica ruditer colorata J. Chr. crucifixi saec. XV.** Dreves, Anal. hymn. 37, 160 n. 179 codicem hunc praeter rem Pragensibus adnumerat, ut putat P. v. Winterfeld. Bibl collegii S. J. ad S. Ignatium Pragensis dono datus a Jos. Barisien a. 1766

2096 *XII. A. 19.*

chart. saec. XVII ex. ff. 646, 32 × 20 cm. d. m.

Dictionarium medicum continens excerpta ex variis libris medicinalibus de morbis incipiendo a »Macula faciei« usque ad vocem »Pruritus«.

2097 *XII. A. 20.*

chart. saec. XVIII ff. 94 num., 33 × 21 cm. 1 m.

(Athanasii à S. Josepho = Eliae Sandrich) »Specimen annalium ecclesiasticorum Bohemiae« ab a. 877 usque ad a. 1004. Praecedit »Brevis

introductio ad Annales Bohemiae christianae«, item »Apologia pro Christiano monacho Benedictino, Boleslai saevi filio.«

Nota in operculo superiore: »Ad usum F. Athanasii a S. Josepho, ord. fr. erem. discalc. s. P. Augustini«. Idem opus ab ipso auctore compendiose conscriptum vide XII. D. 18. Sine dubio ex monast. ad S. Wenceslaum Neo-Pragensi.

2098 *XII. A. 21.*

chart. saec. XV ex. ff. 215, 31·5 × 21·5 cm. 1 m. cum init. pict.

Graduale notis musicis instructum.

Notae in fronte f. 1ª: »Hic liber emptus est à Rectore scholae s. Nicolai Veteris urbis Pragensis Johanne Czaslavino pro 1 sex. 10 gr. Misn. fer. 6 ante spiritus sancti a. (15)79«. Item ibidem: »E bibliotheca Georgii Bartholdi Pontani in Braitenberg praepositi Pragensis«. Nota in fol. praeligato: »Pro templo S. Matthiae in Ssarka Graduale cum introitu«. Operculo super. adligatum est fragmentum membran. cod. bohem. saec. XIV, quo continetur pars Geneseos (**Zlomek Genese ze XIV. stol.**, cf. Listy filolog. 1879 p. 47.)

2099 *XII. A. 22.*

membran. saec. XIV ff. 316 num., 28 × 20 cm. d. m.

Breviarium praecedente calendario ecclesiastico (quo edocemur librum pro quodam monasterio monialium in Bohemia — verisimiliter pro mon. S. Georgii — exaratum esse).

2100 *XII. A. 23.*

chart. a. 1398 ff. 168, 29·5 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—15ᵇ (anepigr.) **Tractatus de virtutibus et sapientia antiquorum.** »Quoniam misericordia et veritas custodiunt« × »ubi vis permanere? Ego vita, ad quam nos perducat. Amen.«

f. 16ª—19ᵇ (anepigr.) **Tractatus de tribus hominum ordinibus** (Dialogus discipuli et magistri). »Si te a laboribus consuetis« × »eiusdem per graciam restitute. Amen.« (In cod. IV. A. 15 intitulatur »Tripartitus.«)

f. 20ª—75ª **Summa confessionum.** »Fidelis sermo et omni accepcione dignus« × »agamus penitenciam, ad quam . . . Finita summa confessionum a. d. **1398** fer. II die 27 mensis Januarii.«

f. 76ª—89ᵇ **(Rolandi de Comitibus) Viridarium consolationis de virtutibus et vitiis.** »Quoniam, ut apostolus Petrus ayt, spiritu s. affecti« × »pulchritudo sine deformitate, ad quam etc. Finitum fer. II. ipso die ante Agathe virg. a. d. **1398**.«

f. 90ª—119ᵇ **»Compendium de confessionibus«** in 4 partes divisum. »Ad utilitatem eorum, qui curam gerunt animarum« × »quocunque modo evenit.«

f. 120ª—123ᵇ Tabula operis praecedentis alphabetica.

f. 124ª—137ᵇ **Medela animae vulneratae.** »In principio narracionis mee« × »quod non videbit mortem in eternum. Libellus, qui intitulatur medela anime wlnerate finitus fer. VI ante Reminiscere a. d. **1398**.«

f. 138ª—149ª **Matthaei de Cracovia Tractatus de confessione.** »Quoniam fundamentum et ianua« X »cum apparuerit gloria tua, ad quam etc. Explicit tract. de conf. M. M. de Crac.« (Alibi tractatus hic attribuitur Thomae de Aquino alibi Bonaventurae.)

f. 149ᵇ—150ᵇ **S. Augustini Liber de honestate mulierum.** »Nemo dicat, fratres« X »plena est terra.«

f. 150ᵇ—153ᵇ **Eiusdem Speculum sive liber de contemplatione d. n. Jesu Christi.** »Quoniam in medio laqueorum« X »in agnicionem vite.«

f. 154ª—157ᵇ **Hugonis (de S. Victore) Tractatus de virtute orandi.** »Quo studio et quo affectu« X »sacrificium adoletur. Finitus est Hugo de virt. orandi.«

f. 158ª—158ᵇ Notae de elemosina, de choreis, de ornatu mulierum. Sequitur quaedam quaestio de virginitate et meditatio in 2 foliis truncatis non numeratis.

f. 159ᵇ—162ª **»Declaracio questionum de corpore Christi doctorum studii Viennensis«** (a **M. Johanne Mŭnczinger a. 1385** in oppido Ulmensi **propositarum**). »Petrus apostolus J. Chr.« X »determinanda reservantes. Et sic est finis istius declaracionis Wyennensis.«

f. 162ᵇ—168ᵇ **»Declaracio (earundem) per doctores studii Pragensis«** (a publico notario conscripta). »In nom. dom. Amen. Anno nativitatis eiusdem 1385« X »Brunone de Ozenburg« (teste). Finis deest.

Operculis adglutinata sunt fragmenta cuiusdam libri expensorum saec. XIV. Operculo infer. adligatum est fol. membran., in quo haec nota occurrit: »Liber monasterii domus s. Egidii in Trzebon alias in Witignaw canonicorum regularium ord. s. Augustini.« Deinde liber in bibliothecam Rosenbergicam devenit, ex qua restitutus est monasterio praefato. In fol. membr. praeligato conscriptus est index contentorum manu saec. XV, quem et nos, ubi opus erat, secuti sumus.

2101 *XII. A. 24.*

chart. saec. XV ff. 176, 30 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—140ᵇ **Testamenti Veteris libri prophetarum maiorum et minorum et Machabaeorum cum prologis.**

f. 141ª—176ᵇ (binis columnis) **Bedae Venerabilis Liber scintillarum.** (Post tabulam:) »De karitate. Dominus dicit in ewangelio: Maiorem karitatem« X »nutritur et pascitur. Explicit liber scintyllarum venerabilis Bede presbyteri.« (Ab aliis liber **Defensori monacho** Lociagensi attribuitur.)

Nota in operculo superiore: »Uni ex ordine Sueracorum liber iste a Strahovensibus terrore ablatus est 19. dec. restituitur a. 1611.« »Ex libris canoniae Carloviensis Neo-Pragae.«

2102 *XII. A. 25.*

chart. saec. XV (partes a. 1472) ff. 260, 32 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—135ᵇ (binis col. anepigr.) **Petri Pictaviensis Repertorii moralis pars II.** »Placatur deus primo per zelum« X »de zelo Pauli bono et malo Ac. 9 etc. Et sic est finis a. d. **1472** fer. IV ante ascensionem domini.«

f. 136ª—139ᵇ **Canones apostolorum (cum decretis diversorum paparum** — ultimum Pii II de a. 1464).

f. 139ᵇ—143ᵇ Notae variae theologicae, praecipue de praedicando.

f. 143ᵇ—150ᵇ **Tractatus de arte praedicandi.** »Verbum Christi propter Christum et non questum« × »sine quibus non valet caritas. Hec gloza ord. Et sic est finis huius operis a. **1472.**«

f. 150ᵇ—154ᵇ Sermones duo: de animabus et de nativitate Christi.

f. 155ᵃ—260ᵃ (per extensum, anepigr.) **Thomae Ebendorfer de Haselbach Sermones dominicales et festivales.** »Cum appropinquaret ... Sancta mater ecclesia per tempus quatuor dominicarum« × »et precipitur nobis a deo VII deuteron.« (finis deest sequentibus foliis vacuis).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis liturgici saec. XII. Codicem recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 27. Ex collegio S. J. Novodomensi.

2103 *XII. A. 26.*

chart. saec. XV ff. 215, 31 × 21·5 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—7ᵃ **(M. Johannis Hus) Gesta Christi.** »Concordatura ewangeliorum. In principio erat verbum« × »Explicit ordo gestorum Christi cum concurrenciis ewangelistarum. Licet enim« etc.

f. 7ᵃ—7ᵇ Expositio decalogi. »Si in preceptis meis ambulaveritis« . .

f. 7ᵇ—68ᵃ (anepigr. et partim mutilum) **Summa quaedam theologica sermonibus aliquot insertis.** »Angeli pacis amare flebunt« × »valeant consequi vitam sempiternam.«

f. 68ᵃ—69ᵇ »Registrum super ea, que ante posita sunt« (comprehendens etiam opuscula f. 1—7, sed Gesta Chr. Sichardo (!) attribuens).

f. 69ᵇ—70ᵃ »Registrum super ea, que retro posita sunt«.

f. 71ᵇ Index prohibendorum a sacra communione.

f. 72ᵃ—215ᵇ »**Sermones dominicales et de sanctis,** quorum et vitam breviter tangunt.« »Ambulans Jesus . . . Hodie sancta mater ecclesia recolit festum s. Andree« × »tranquillitatem super terram. Rogemus deum.«

A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, ut docet insigne inter f. 6 et 7 adglutinatum, deinde monasterii Třebonensis.

2104 *XII. A. 27.*

mixtus saec. XV ff. 171, 30 × 22 cm. d. m.

Sermones veterum patrum a die resurrectionis usque ad dominicam primam post pentecosten. (In fine rubricatum: »Explicit primus liber Omeliarii«, sed operculo super. inscriptum: »Tercia pars«.)

Nota in f. 171ᵇ: »Iste liber omeliarum donatus est monasterio s. Egidii in Trziebon per discretum virum dom. Wenceslaum capellanum ecclesie in Myliczyn pro remedio anime ipsius, quem Wikleffiste cum domo sua combusserunt.« Deinde liber erat bibliothecae Rosenbergicae, postremo iterum monasterii praefati.

2105 *XII. A. 28.*

chart. saec. XVI/XVII ff. 6, 31·5 × 21 cm.

Caput IV cuiusdam operis geometrici comprehendens **brevissimum planimetriae compendium manu Tychonis Brahaei propria exaratum.**

Fragmentum hoc doctissimo Franc. Studnička optante, qui etiam titulum coniecit, e cod. misc. XII. A. 12, in quo ff. 225—230 complexum erat, prom-

tum est. Idem doctissimus vir fragmentum hoc sub titulo impresso in fronte codicis adglutinato Pragae a. 1903 publici iuris fecit.

2106 *XII. B. 1.*

membran. saec. XIV ff. 125, 35×27 cm. 1 m.

Breviarium notis musicis instructum.

2107 *XII. B. 2.*

membran. saec. XIV ff. 172 num. (+2 n. n.), 32×23 cm. 1 m.

f. 1ª—135ᵇ **(Thomae Cantipratensis) Liber de apibus (Apiarius), qui etiam bonum universale vocatur, instructus oratiunculis et sententiis marginalibus Arnesti archiepiscopi Pragensis,** ex autographo monasterii Saccensis (= Sadská) descriptis. »Incipit prologus: Rever. in Chr. patri fr. Humberto . . Incipit prefacio: Unum caput Christum . . . De bono prelato. Rex inquid (sic) apum« × »et gloriosa virgo mater eius. Explicit liber bonus de apibus.« (Arnesti oratiunculas marginales huius codicis edid. Balbinus, Misc. IV, 1, 89–94.)

f. 135ᵇ—147ª »Incipiunt quedam notabilia bona de gaudio et pulchritudine celestis patrie. Contigit fratrem Jordanem« **(Historiae moralisatae** consimilibus **notis marginalibus Arnesti archiep. instructae)** × »successor extitit in monasterio. Finis.«

f. 147ª—148ᵇ **Vita s. Marthae.**

f. 149ª–155ª **Vita s. Stanislai.** »Tradunt annales Polonorum« × »et alia multa operatus est b. Stanislaus.«

f. 155ª—167ª **Vita s. Ludmilae et s. Wenceslai** (**auctore Christiano monacho**). Ed. in Font. rer. boh. I, 199—227.

f. 167ª—172ª **Vita s. Albani.** »Erat olym in partibus aquilonis« × »tua misericordia dealbari.«

Codici praeligata sunt 2 folia non num., in quorum altero manu scriptoris libri annotatum est librum ex autographo monasterii Saccensis mutuato descriptum esse (pro monasterio Třebonensi, ut docet nota in f. 172: »Liber monasterii s. Egydii in Witignaw comparatus per nobiles dominos de Rosemberk primos ipsius monasterii fundatores«). Notam illam totam exscripsit Balbinus l. c. Cf. Burdach in Centralblatt f. Bibl. VIII, 470 & Wattenbach in Pertz Archiv X, 667.

2108 *XII. B. 3.*

chart. saec. XV ff. 251, 29·5×21·5 cm. d. m.

f. 1ª—82ᵇ (anepigr.) **Summae Astesanae liber III.** »Positis per dei graciam duabus partibus huius summe« × »cum devocione recurrit. Explicit liber tercius.«

f. 83ª—92ᵇ (anepigr.) **Tractatus de excommunicatione.** »Scire cupiens, in quibus casibus quis ipso iure incurrit excommunicacionis senenciam« × »ex supradictis insolucione« (finis deest codice hic mutilato).

f. 93ª—147ᵇ **Hermanni de Schildis Introductorium pro studio iuris canonici.** »Nobili viro dom. E (lacuna ex resectione) . . . fr. Hermannus de Scildam« × »de cursu publico l. non patimur« (finis deesse videtur aliquot sequentibus foliis vacuis).

f. 148ᵃ—171ᵇ (anepigr.) **Quaestiones canonico-iuridicae,** in quarum fine scribitur: »Sequencia Gwil. Durandi in aureo Repertorio.«

f. 172ᵃ—251ᵇ (anepigr.) **Tractatus quidam iuridicus carens initio et fine.** Incipit: »Contractus est actus, per quem ultro citroque oritur obligacio« . . .

Codicem hunc recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 34. Nota in fronte f. 1ᵃ: »Istum librum legavit dom. Johannes de Stropnicz prothonotarius domini Ulrici de Rosenberk pro monasterio Trzebonensi.« Deinde codex erat bibliothecae Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato.

2109 *XII. B. 4.*

membran. saec. XIV ff. 121, 40 × 28 cm. 1 m.

Breviarium carens initio et fine.

2110 *XII. B. 5.*

membran. saec. XIV ff. 155, 32 × 24 cm. 1 m., cum init. pict.

Missale altaris s. Quirini in monasterio s. Coronae.

Nota in operculo superiore: »Iste liber pertinet ad altare s. quirini«. In fronte f. 1ᵃ ante officium de s. Quirino conscriptae sunt reliquiae illius altaris. Ibidem haec nota occurrit: »A. d. 1397 in die s. Viti ego fr. Arnoldus abbas (s. Coronae?) dedi ad altare s. Quirini in honorem eiusdem unum integrum ornatum. Orate pro me.« Operculo infer. adglutinata est epistola M. Ulrici, Pragensis ecclesiae scholastici (1307—1325) ad Theodericum abbatem s. Coronae concernens causam Nicolai presbyteri de Netolicz, data Pragae idibus Maii. Ex monasterio s. Coronae.

2111 *XII. B. 6.*

membran. a. 1299 ff. 171, 32 × 22 cm. d. m.

Missale monasterii S. Coronae ord. Cisterciensis.

Nota in f. 115ᵇ: »Et notandum, quod a. d. 1299 dom. (nomen radendo deletum, sed est teste infra nominato Hermannus quintus abbas) animo liberali pariter et devoto conscribi fecit presentem librum una cum integro Missali et textu ewangeliorum atque libro Dyalogorum b. Gregorii pape ad honorem dei et gloriosissime Marie virginis eiusdem dei et« (cetera desiderantur). Ex mon. S. Coronae codicem provenisse docet cod. bibl. Mus. r. B. III. H. 38, ut mecum communificavit optimus F. Tadra.

2112 *XII. B. 7.*

chart. saec. XIV/XV ff. 329, 30 × 22 cm. 1 m.

Testamenti Veteris libri priores (usque ad IV regum).

Nota in operculo superiore: »Liber monasterii Gredis (superscriptum: i. e. Hradisst) monachorum s. Marie concessus per dom. Leonardum abbatem s. Corone«. Operculo infer. adligatum est fragmentum instrumenti publ. notarii Nicolai Bertoldi de Frideberg citationem quandam Romae a. 1394 publicatam concernentis. E monasterio s. Coronae.

2113 *XII. B. 8.*

chart. saec. XV ff. 226, 30 × 21 cm. 2 m.

Breviarium (continens lectionarium plenarium et in fine initia tantum ceterarum partium decantari solitarum).

E monasterio s. Coronae.

2114 *XII. B. 9.*

chart. saec. XIV/XV ff. 181, 30 × 22 cm. d. m.

f. 1ª—5ᵇ Sermones tres (primus de s. Wenceslao).

f. 6ª—98ª **Postilla quadragesimalis super evangeliis.** »Cum ieiunatis . . . Hic amonet dominus« × »vel aliqua parte terrarum.«

f. 98ᵇ—103ª Sermones aliquot de sanctis.

f. 104ª—173ª **M. Hugonis de S. Caro cardinalis Postilla de tempore.** »Pustilla de tempore. Cum appropinquaret . . . Recepta unccione« × »magnum est nomen tuum in gentibus . . Scriptori pro penna detur sibi pulcra puella. Day to boh. Super ewangelia dominicalia glosa Magistri Hugonis Cardinalis finitus (sic) feria V ante festum s. Galli« . . . .

f. 174ª—181ª Sermones diversi.

Possessores libri saec. XV tres nominantur: 1. »Liber dom. (nomen evulsum) de Radecz baccalaurei, canonici (ecclesiae) Wissegradensis«, 2. »Bartholomeus Brinar est possessor istius libri«, 3. »Liber dom. Georgii de Antiqua Plzna dictum (sic) Alchimistam« (?). Ex monasterio s. Coronae.

2115 *XII. B. 10.*

chart. saec. XIV/XV ff. 125, 29·5 × 22 cm. 1 m.

Sermones quadragesimales.

f. 1ª »Hec dicit dominus: Convertimini ad me . . . Sequitur bonus liber per tergemum (?). Presens leccio sic potest dividi« × f. 124ª »Explicit quadragesimale per totum ieiunium per manus **Wenczeslay scriptoris de Gebyn** Hawranku.«

f. 124ᵇ—125ᵇ Expositio evangelii: Simile est regnum coelorum decem virginibus.

Ex monasterio S. Coronae.

2116 *XII. B. 11.*

mixtus a. 1408 ff. 229, 29·5 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—96ᵇ **Postilla super Apocalypsin.** »Spiritu magno vidit ultima . . Cum in sacra doctrina« × »Explicit postilla super apokalipsim per manus **fr. Wygandi in S. Corona professi** sub a. d. **1408** in vigilia apost. Petri et Pauli.«

f. 97ª—211ᵇ **Expositio epistolarum s. Pauli ad Hebraeos et Romanos.** »Prologus. Inprimis dicendum est . . . Multifariam multisque modis . . . Paulus doctor egregius« × »atque immutabilitate nature . . Explicit hoc totum.«

f. 212ª—227ᵇ **S. Augustini Homiliae aliquot super Johannem.**

f. 227ᵇ—229ᵇ **Sermo b. Johannis episcopi in parasceve.**

Ex monasterio s. Coronae.

2117 *XII. B. 12.*

chart. saec. XIV (partes a. 1375 et 1376) ff. 142, 29·5 × 22 cm. d. m.

f. 1^a—42^a **Tibini Commentarius in Godefridi de Vino Salvo Poetriam novam.** »Amice ascende superius« × »Expliciunt dicta Tybini noue poetrie finita et reportata Prage per manus **Johannis de Monthabur** a. d. **1375** in vigilia Laurenci.«

f. 43^a—70^a **Eiusdem Commentarius in Eberhardi Bethuniensis Labyrinthum.** »Dabo vobis os et sapienciam« × »Explicit opus laborinti dicta Dybini bona per manus **Johannis de Monthabur** completa in vigilia Procopii a. d. **1376**« . . .

f. 70^b—83^b **Commentarius in Tibini Compendium sive breviloquium rhetoricae orationem de s. Dorothea exponens.** »Suscitans a terra inopem« × »quia purus homo cito posset labi in impuritatem« (finis deest).

f. 84^a—91^b (anepigr.) **Johannis Lemovicensis Somnium morale Pharaonis** (20 epistolae ad Josephum de regia disciplina). »Victoriosissimo principi . . . Theobaldo dei gracia regi Navarre« × »graciarum accio et vox laudis. Explicit hoc deo gracias.«

f. 92^a—142^a **Summa Henrici Italici (de Isernia)** seu Formularius epistolarum Premyslai Ottocari II regis Bohemiae. (Ex alio codice edid. Th. Dolliner, Viennae 1803 — cf. Tadra, Rozpravy k. č. spol. 1887, VII řada 2. sv.)

Ex monasterio S. Coronae.

2118 *XII. B. 13.*

chart. saec. XV ex. ff. 234, 28·5 × 21·5 cm. d. m., cum init. pict.

Missale secundum rubricam Pragensem ommisso canone.

Codex a. 1682 erat ecclesiae Kremsensis.

2119 *XII. B. 14.*

chart. saec. XV ff. 206, 29 × 22 cm. d. m.

f. 1^a—41^b **Gregorii papae I Libri IV dialogorum.** »Quadam die nimis quorundam secularium« × »hostia ipsi fuerimus«. Sequitur registrum.

f. 41^b—44^a **Vita Pilati.** »Legibus olym liberalibus« × »ierusalem aliquando yebusalem.«

f. 44^a—44^b **Vita Judae Scarioth.** »Fuit in diebus Herodis regis« × »et medius crepuit.«

f. 45^a—52^a **(Henrici Saltereiensis) Purgatorium s. Patricii.** »Incipit prefacio . Patri suo abbati H. de Sartis fr. H. monachorum de Salchereya minimus« × »in prefatam beatorum requiem J. Chr. dominus noster, cuius nomen« etc.

2332 *XIII. E. 13.*

membran. saec. XIV ex. ff. 148, 25·5 × 14·5 cm. 1 m.

Johannis de Quineriis Tabula super Moralia b. Gregorii super Job.

f. 142ᵇ »Explicit tabula valde utilis super moralia b. Gregorii super Job edita a fratre Johanne de Quineriis de conventu s. Quintini ordinis fratrum predicatorum.«

f. 143ᵃ—148ᵃ Index operis.

Notae in fol. praeligato: saec. XV: »Liber monasterii ordinis regularium in Segeberge«; saec. XVII: »Hic liber preciosus et dignus, qui nunquam pereat. B. B. S. J.« (Bohuslaus Balbinus S. J.). A. 1733 codex erat domus professae S. J. ad S. Nicolaum Pragae, unde provenit ad nos.

2333 *XIII. E. 14. a.*

membran. saec. XIV ff. 345 num. (+ 10 non. num. et 23 saec. XVIII suppl.), 25·5 × 20 cm. d. m. cum init. pictis.

Breviarium cuiusdam abbatissae monasterii s. Georgii in castro Pragensi praecedente calendario (et oratione ad inveniendas hebdomadas singulis annis a. nativitate usque ad carnisprivium).

In margine picturae initialis occurrit imago abbatissae, quae librum scribi iussit, cum gentilicio clypeo, in quo est aquila semialba et semirubra. Consimilem picturam vide in cod. XIII. E. 1, f. 7ᵇ. Ex monasterio S. Georgii.

2334 *XIII. E. 14. b.*

membran. saec. XIII ff. 252, 25·5 × 17 cm. 1 m. cum init. et pict.

Psalterium praecedente calendario et subsequentibus canticis et officio defunctorum.

Praeclarus codex hic, ut demonstrant calendarium et notae germanicae in margine aliquot psalmorum priorum (**Lat. Psalter mit deutschen Marginalnoten über die Wirkungen einzelner Psalmen**), extra Bohemiam scriptus esse videtur, sed, ut docet nota deleto nomine proprio mutilata in f. 220ᵇ, a. 1374 cuidam domicellae monasterii s. Georgii in castro Pragensi obtigit, post cuius mortem in eodem monasterio remansit. Picturae codicis huius dignae sunt, quae ab artium amatoribus observentur. Ex monasterio s. Georgii.

2335 *XIII. E. 14. c.*

membran. a. 1303 ff. 260, 25 × 17 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—1ᵇ Divisio vitiorum et virtutum, sacramentorum, sensuum.

f. 2ᵃ—2ᵇ Nota de temptationibus contra fidem.

f. 2ᵇ—34ᵇ **Evangelium Nicodemi et acta Pilati.** (Prologus deest) »Igitur Anna et Cayphas et Sobna« × »credimus dei filium, qui« etc.

f. 34^b—37^a »De impedimento confessionis.« »Quatuor sunt, que impediunt« etc.

f. 37^a—68^a **S. Bonaventurae Lignum vitae.** »Christo confixus sum cruci. Verus dei cultor« × »ad laudem sanctissimi nominis tui, cui cum patre« etc.

f. 68^a—80^a **S. Bernardi Claraevallensis Flores de passione salvatoris.** »Me ut in memoriam« × »pro munere retribucionis.«

f. 80^a—82^b (anepigr.) **Eiusdem Jubilus de passione:** »Dulcis Jesu memoria.«

f. 82^b—87^a (anepigr.) Eiusdem (?) Sermo super »Dixi, ascendam in palmam.«

f. 87^a—92^a (anepigr.) **Tractatus de spiritualibus instrumentis exercitii.** »Sunt quedam spiritualia instrumenta« × »poterit invenire.«

f. 92^a—112^a (anepigr.) Meditationes de passione Christi.

f. 112^a—123^a »**Dicta b. Anselmi**« **Cantuariensis.** »Tedet me vita mea« × »et possideat totum« . . .

f. 123^a—221^b Auctoritates et excerpta varia theologica.

f. 221^b—239^a **S. Bernardi Homilia super »Cum factus esset Jesus annorum 12«.** »Petis a me, fili karissime« × »qui plenus erat virtutum gracia et sapiencia J. Chr.« . . .

f. 239^a—250^b **Origenis Homilia super evangelium secundum Johannem fer. V post pascha de planctu b. Mariae Magdalenae super domino.** (Edid. Patera, Hrad. rukopis, p. 438—449.)

f. 250^b—257^a **B. Dionysii Areopagitae Epistola ad Timotheum de morte bb. Petri et Pauli apostolorum.** »Saluto te« × »gloria, laus et cultus« . . .

f. 257^a—257^b »**Abagari Epistola**« **ad Jesum Christum.** »Abagarus Ebethanie filius« × »et vivificet te«.

f. 257^b—260^a (anepigr.) Expositio Eccles. 1 »Oritur sol« etc.

f. 260^b et in operculo infer. Nota de morte et resurrectione Christi comparanda naviculae, quae dicitur »Fenix«.

In operculo super. rubricatum est: »A. d. **1303** vener. dom. Chunegundis abbatissa *monasterii* s. *Georgii in castro Pragensi* . . . . istud *volumen, in quo* continetur . . (sequitur series contentorum minus accurata) comparavit et contulit ecclesie s. Georgii benediccionis sue anno secundo«. Cum in serie contentorum primo loco occurrat »Tractatus de decem praeceptis«, qui nunc desideratur, codicem initio mutilatum diximus. Ex monasterio S. Georgii.

2336 *XIII. E. 14. d.*

membran. saec. XIV ff. 196, 26 × 17 cm. 1 m.

»Ordo servicii dei« (Directorium divini officii in monasterio s. Georgii in castro Pragensi observati praecedente calendario et subsequentibus melodiis hymnorum, in fine mutilum).

f. 1^b »Tabula docens invenire, quot sint ebdomade et dies a nativitate Christi usque ad carnisprivium.« Sine dubio ex monasterio s. Georgii.

2337 *XIII. E. 14. e.*

membran. saec. XIV/XV ff. 429 num. + 7 non num., 25×17 cm. d. m. cum init. et picturis.

Breviarium monasterii s. Georgii in castro Pragensi praecedente calendario, in quo praeter obitus benefactorum annotatae sunt pietantiae certis diebus canonicis et monialibus distribuendae. Praecedit etiam tabula ad inveniendas hebdomadas inter carnisprivium et nativitatem Christi.

Codex a. 1608 sub abbatissa Sophia Albina de Helfenburg recompactus. Sine dubio ex monasterio s. Georgii.

2338 *XIII. E. 14. f.*

membran. saec. XIV ff. 597, 24·5×19 cm. d. m.

Breviarium monasterii s. Georgii in castro Pragensi praecedente calendario cum anniversariis defunctorum. (Item praecedunt et subsequuntur variae notae computisticae.)

Sine dubio ex monasterio s. Georgii.

2339 *XIII. F. 1.* (*Y. I. 2. n. 107.*)

membran. saec. XIV (supplet. saec. XV in. chart.) ff. 154, (139 membr.) 26·5×18 cm. 2 m.

Isidori Hispalensis Originum seu etymologiarum libri XI—XX.

f. 1ª »Incipit liber 11 . . . De homine et partibus eius . . . Natura dicta est ab eo« × f. 140ª »ignis ardore siccetur.«

f. 140ª—151ª saec. XV. »Incipit **Liber de numeris.** Non est superfluum numerorum causas« × »addes 17 et fiunt 153«.

f. 152ᵇ—153ª Argumenta omnium librorum Etymologiarum Isidori.

Vetus sign. coll. Car. B, 22, K.

2340 *XIII. F. 2.* (*Y. I. 2. n. 133.*)

membran. saec. XII—XIII ff. 162, 25×18 cm. d. m.

Gregorii papae I Homiliae XXII in Ezechielem prophetam.

f. 1ª »Incipit prologus. Dilectissimo fratri Mariano episcopo Gregorius« × f. 162ᵇ »Sit itaque gloria omnipotenti dom. nostro J. Chr., qui . . . Explicit liber exposicionis b. Gregorii pape super Ezechielem . . . .
Dona scriptori, qui tanto, Christe, labori
Donasti metam, vitam sine fine quietam.«

Vetus sign. G, 5.

2341 *XIII. F. 3.* (*Y. I. 2. n. 102.*)

membran. saec. XIII/XIV ff. 195, 26×19 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1ª—36ª **Platearii Practica.** »Amicum induit« × »pulvis inde factus cum licinio fistule imponatur.«

f. 36ª—81ª (anepigr.) **Eiusdem Liber de simplicibus medicinis.** »Circa instans negocium« × (zuccarum) »nisi per diuturnam decoccionem.«

f. 81ª—122ª **Eiusdem Antidotarium.** »Liber iste, quem inpresenciarum legendum assumpsimus« × »in modum castanee per 2 annos ser. Explicit summa antidotarii secundum Platearium.«

f. 122ª—127ᵇ **Nicolai (Salernitani) Antidotarium.** »Ego Nicolaus rogatus a quibusdam« × (finis legi non potest pagina valde attrita).

f. 128ª—195ᵇ **Isaac Israelitae filii Salomonis Viaticus a Constantino monacho Casinensi de arabico in latinum translatus.** »Quoniam quidem, ut in rethoricis ait Tulius« × »cum oleo rosato multum valent. Laus tibi sit Christe, quoniam liber explicit iste« (Liber hic alibi ipsi Constantino attribuitur).

In operculo superiore manu saec. XV adnotata est series contentorum.

2342 *XIII. F. 4.* (*Y. I. 2. n. 111.*)

membran. saec. XIV ff. 86, 27 × 20·5 cm. 1 m.

Petri de Vineis Dictaminum seu epistolarum libri sex.

f. 1ª (deficiente initio absolvitur epistola libri primi 16) »tociens voluntatem partis adverse« × f. 86ª (epistola libri sexti 59) »liberaliter prosequatur. Sane etc.«

f. 86ᵇ (alia manu) **Epistola Petri Damiani ad Firmanum episcopum.**.

2343 *XIII. F. 5.* (*Y. I. 2. n. 105.*)

membran. saec. XIV ff. 55, 25·5 × 19·5 cm. d. m.

f. 1ª—12ᵇ »Incipit Prosolodyon (sic pro **Proslogion**) **b. Anshelmi« Cantuariensis.** »Eya nunc homuncio, fuge paululum occupaciones tuas« × »in honorancia habuissent eum.«

f. 12ᵇ—23ᵇ (anepigr.) **S. Bernardi Tractatus de confessione.** »Convertimini ad me« × »perdicionis virtutum et cetera.«

f. 23ᵇ—31ᵇ (anepigr.) **S. Augustini Liber de conflictu vitiorum et virtutum.** »Apostolica vox clamat« × »narranti fidem prebeto«.

f. 31ᵇ—36ª Excerpta varia theologica.

f. 36ᵇ—48ᵇ **S. Bernardi Meditationes.** »Multi multa sciunt« × »et omni populo amabilis appareas. Expliciunt meditaciones Bernardi.«

f. 48ᵇ—55ᵇ (anepigr.) **S. Augustini Manuale.** »Quoniam in medio laqueorum« × »ad huius vero plenitudinem non sciencie opus« (cetera desunt codice mutilato).

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis saec. XIV, quo expositio quaedam cantici canticorum continebatur. Vetus sign. J, 7.

2344 *XIII. F. 6.* (*Y. I. 2. n. 106.*)

membran. saec. XIII/XIV ff. 255, 25·5 × 17·5 cm. 1 m. cum init. pict.

Fr. Martini Poloni Tabula decreti et decretalium (= Tabula Martiniana).

f. 1ᵇ »Incipit prologus in Martiniana decreti et decretalium. Inter alia, que ad fidelium Chr. doctrinam« × f. 253ᵇ »colligent zizania in fasciculos ad comburendum. XXIII q. 1. § 1.« Sequitur definitio nobilitatis.

f. 254 Nota de divisione iuris (alia manu scripta).

f. 255ᵇ (tertia manu) »**Dictum dom. Caroli (IV.) regis Romanorum« adversus clericos.**

F. 1ª annotatum est: »Liber M. Cristanni pro 2 sex. gr.« Vetus sign. C, 55. Codicem recens. Schulte, Can. Hdsch. p. 47.

2345 *XIII. F. 7.* (*Y. I. 2. n. 149.*)

membran. saec. XIV ff. 143, 24·5×18 cm. 1 m.

f. 1ª—94ª **Nicolai de Lira Tractatus de differentia nostrae translationis ab hebraica litera veteris testamenti.** »Sapienciam scribe .... Scriptura sacra« × »magis autentica reputatur. Expl. tract. etc. u. s. .. completus a. d. 1333 die sabbati ante festum b. Luce evangel.«

f. 94ª—117ᵇ **Eiusdem Quaestio de probatione per scripturas a Judaeis receptas, quod mysterium Christi praedictum a lege et prophetis sit impletum.** »Queritur, utrum per scripturas« × »ad vomitum revertuntur. Explicit questio« etc. u. s.

f. 117ᵇ—143ᵇ **»Responsio eiusdem ad quendam Judeum ex verbis evangelii secundum Mattheum contra Christum nequiter arguentem.«** »Potens sit exhortari« × »in aperto mendacio terminavit. Explicit responsio etc. u. s. ... completum est autem hoc opusculum a. d. 1334 in vigilia b. Johannis Bapt.«

Utrum anni hic subscripti 1333 et 1334 ad compositionem Liranam spectent an ad opusculorum exempla nostra, manet incertum. Vetus sign. A, XIII.

2346 *XIII. F. 8.* (*Y. I. 2. n. 150.*)

membran. saec. XIII/XIV ff. 152, 24·5×17 cm. 2 m.

f. 1ª—39ᵇ **(Abrahami) Alzarchel Canones in motibus caelestium corporum.** »Quoniam cuiusque actionis« × »sicut ostensum est in precedentibus. Expliciunt canones in motibus celestibus« (alia manus paulo recentior superscribit: »Expl. canones **Azrahelis**, quorum tabule fundantur super annos Arabum«).

f. 40ª—77ᵇ **»Ameti Alfragani (Ahmed Ebn Kothair Al Fergani) Liber XXX differentiarum.** (Post registrum:) »Numerus mensium anni Arabum« × »quod sufficit intelligenti. Expletus est liber Ameti Alfragani« (manu paulo recentiori: »Expl. liber Ameti philosophi de Persidia oriundi ab Alfragan civitate, unde et Alfraganus iste liber dicitur«).

f. 78ª—88ª (anepigr.) **Tractatus de altimetria.** »Geometricales tractanti diversitates« × »Rebus in obscuris oritur lux clara figuris« (Sequitur figura calamo delineata) »Explicit«.

f. 88ᵇ Notae astronomicae, quarum una spectat ad a. 1326, manu paulo recentiori inscriptae.

f. 89ª—104ᵇ Calendarium ecclesiasticum, quo edocemur librum extra Bohemiam exaratum iam saec. XIV apud nos fuisse.

f. 105ª—127ª (Titulus manu paulo recentiore inscriptus:) »**Rectificacio compoti secundum Albertum« Magnum.** »Qui fidem katholicam impugnant« × »usque ad diem passionis. Explicit.«

f. 127ᵇ—147ᵇ **(Johannis de Sacrobosco) Massa computi seu Computus ecclesiasticus cum commentario.** »Licet modo in fine temporum . . . Aureus in Jano numerus« × »et propter hoc invenerunt lunaciones embolismales. Explicit.«

f. 148ᵃ—152ᵇ (anepigr.) Auctoritates de virtutibus magna ex parte versificatae.

Inter notas varias in operculo superiore occurrit bis series contentorum, item nomen possessoris saec. XIV: »Liber Johannis Parisiensis clerici ecclesie Salzburgensis«. Vetus sign. D, 47.

2347 *XIII. F. 9.* (*Y. I. 2. n. 139.*)

membran. saec. XV ff. 110, 23 × 17·5 cm. 1 m., cum init. pict.

f. 1ᵃ—55ᵇ **(Cyrilli episcopi) Quadripartitus apologeticus.** (Initium deest) cap. 13: »studeret adducere ad eas se contulit« × »et hiis digestis quievit. Explicit quadripartitus apologeticus a. d. etc.« (sic). In cod. V. D. 8. f. 49 opus adscribitur Cyrillo episcopo »alias Guidenon laureato poete«.

f. 55ᵇ—59ᵇ Senecae (recte **Martini Braccarensis) Liber de quatuor virtutibus cardinalibus.** »Quatuor virtutum species« × »puniet ignavia.«

f. 60ᵃ—110ᵇ **(Honorii Augustodunensis) Elucidarium.** »Sepius rogatus a discipulis« × »ut vellent me ad te dirigere«.

Nota saec. XV in operc. super.: »Quadripartitus Cirilli episcopi. Tractatulus Senece. Elucidarium pro III sex. gr.« Scherschnikius in scheda adglutinata opus primum adscribit Cyrillo (alias Sycinderino poetae laureato).

2348 *XIII. F. 10.* (*Y. I. 2. n. 141.*)

membran. saec. XIII ff. 55, 23·5 × 16 cm. 1 m.

Parabolae Salomonis cum glossa ordinaria (Walafridi Strabonis) in margine.

f. 1ᵃ (Glossa:) »Parabole grece, latine similitudines« × f. 55ᵇ (glossa:) »Qualiter eam laudet, ostendit: date ei de fructu manuum suarum.«

Opus hoc in veteri catalogo nostro falso attribuitur Nicolao Lirano. Notae in operculo superiore: »Iste est liber Wenceslai dicti Geniss, quem emit pro X gr.« Alia manus adscripsit: »Magistri Buzkonis«. Vetus sign. C, 7.

2349 *XIII. F. 11.* (*Y. I. 2. n. 132.*)

membran. saec. XIII/XIV ff. 189, 23·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—80ᵇ **(Isaac Israelitae filii Salomonis) »Viaticus a Constantino translatus.«** »Quoniam quidem, ut in rethoricis« × »cum oleo r. multum iuvant. Explicit.«

f. 81ᵃ—82ᵇ Notae medicae variae. (Fol. 82 particula tantum superest.)

f. 83ᵃ—189ᵃ **Gerardi (Cremonensis) Glossulae super Viaticum (Isaac).** »Cum omnia ex IV elementis generantur« × »consolidare habent et mundificare. Expliciunt glosule M. Girardi super viaticum Constantini.«

f. 189ᵇ »**Quid pro quo.**« »Quoniam in antibalamenon (sic) librum Diascorides« (sic) × »pro zipico semen aneti. Explicit quit pro quo.« (Finis hic in membrana operculo inferiori adglutinata.)

Operculo superiori adglutinatum est fragmentum cuiusdam lexici (in Aeneidem?) characteribus langobardicis aut visigothicis saec. XII exarati. In fronte eiusdem fragmenti manu saec. XV annotatum est: »Liber Petri de Sepekow.« Vetus sign. S, 22.

2350 *XIII. F. 12.* (*Y. I. 2. n. 145.*)

membran. a. 1357 ff. 143, 22·5 × 16·5 cm. 1 m.

Fr. Johannis de Tambaco ord. praed., theol. prof., Tractatus de culpa et gratia.

f. 1^a »Quoniam circa nonnullos actus culpam comitantes« × f. 140^a »Et per hec patet de tota questione. Ac eciam in hoc terminatur tractatus iste de culpa et gracia . . . Expl. tract. etc. completus a. d. **1357.**«

f. 140^a—143^b Pars tractatus eiusdem a librario supra omissa.

Nota in operculo superiore: »Liber dom. W(ilhelmi) decani Wyssegradensis«. Unus ex 114 codicibus, quos defuncto Wilhelmo a. 1370 Carolus imperator emit et collegio Pragensi donavit, in quo olim sign. erat »K, 79 K.« Cf. Cat. antiq. ab Hanka Verh. d. böhm. Mus. 1840 editum.

2351 *XIII. F. 14.* (*Y. I. 2. n. 144.*)

membran. saec. XIII—XIV ff. 126, 22·5 × 15 5 cm. d. m.

(Guilelmi Peralti) Tractatus de septem vitiis capitalibus seu Summa vitiorum.

f. 5^a (post registrum) »Dicturi de singulis viciis« × f. 126^a »tacere vero nunquam. Explicit summa de viciis.«

f. 126^b (alia manu) Notae quaedam medicae mutilatae.

Vetus sign. E, 15.

2352 *XIII. F. 14.* (*Y. I. 2. n. 142.*)

membran. saec. XIV in. ff. 89, 22·5 × 11·5 cm. d. m.

f. 1^a—8^a **Aegidii (Corboliensis) Versus de urinis cum notis marginalibus et interlinearibus.** »Dicitur urina« × »quam non est tangere plus. Expliciunt versus Egidii.«

f. 8^b (anepigr.) Versus de coloribus urinarum. »Ut reor urinis calor extat causa coloris« etc.

f. 9^a—16^a **Aegidii (Corboliensis) Versus de pulsibus cum notis marginalibus et interlinearibus.** »Ingenii vires« × »Filareti vomeris horret. Explicit liber pulsuum Egidii.«

f. 17^a—25^b **Johannis Alexandrini (= Johannicii) Liber isagogarum.** »Medicina dividitur in duas partes« × »boni malive discrecione.«

f. 25^b—31^b **Hippocratis Liber prognosticorum.** »Omnis, qui medicine artis studio« × »sunt exposite ordine preceptorum.«

f. 32^a—43^b **Eiusdem Aphorismi cum notis marginalibus et interlinearibus.** »Vita brevis, ars longa« × »ut deglutire non possit mortale.«

f. 44^a—52^b **(Theophili) Liber urinarum.** »De urinarum differencia« × »differencias convenienter exposuimus.«

f. 52^b—75^a »Incipit Tegni Galieni **(Galeni Ars parva)** de sanis et egris et neutris corporibus et signis eorum et causis.« »Tres sunt omnes doctrine« × »determinabo oracionem in eis. Explicit.«

f. 75^a—76^a »Incipit anatomia. Quoniam humani corporis« × »supra omentum est sumen.«

f. 76^a—78^b **Philareti Liber de pulsibus.** »Intencionem habemus« × »sufficiat ad presenciam.«

f. 78^b—82^a **Johannis Damasceni Aphorismi.** »Liberet te deus« × »contraria nota contrarium. Explicit liber amphorismorum Joh. Damaxeni« (sic).

f. 83^a—89^a **Hippocratis Regimen acutarum.** »Qui de egrotancium accidentibus« × »sed et illis aliquatinus conveniens est. Explicit regimen acutarum.«

f. 89^b **Eiusdem Signa.** »Cum pervenit ad annos« × »desiderio vehementi. Explicit tractatus signorum gloriosi Ypocratis.«

Vetus sign. A, 8.

2353 *XIII. F. 15.* *(Y. I. 2. n. 124.)*

membran. a. 1376 ff. 135, 22 × 16 cm. 1 m.

f. 1^a—3^a **Bernardi Claraevallensis Formula honestae vitae.** »Petis a me, mi frater« × »boni operis dietam.«

f. 3^a—7^a **S. Augustini Libellus de tribus tabernaculis.** »Tria sunt sub omnipotentis dei manu« × »benignum et misericordem, cui est honor« etc.

f. 7^a—13^b **Eiusdem Libellus de conflictu vitiorum et virtutum.** »Apostolica vox clamat« × »esse cum Christo, qui Christus dominus« etc.

f. 14^a—31^b **Eiusdem Liber de fide ad Petrum.** »Epistolam, fili Petre« × »illi deus revelavit.«

f. 31^b—33^a **Eiusdem »Exposicio symboli alia.«** »Queso vos fratres« × »et profitendum est.«

f. 33^a—34^a **Eiusdem Homilia »de symbolo et deitate et omnipotencia patris«.** »Ascendimus« × »bona opera subsequantur« . . .

f. 34^a—35^a **Eiusdem Sermo de incarnatione.**

f. 35^a—49^a **Eiusdem ad Eutropium et Paulum epistola de perfectione iustitiae hominis.** »Sanctis fratribus« × »anathematizandum non dubito.«

f. 49^a—56^a Eiusdem (recte **Gennadii) Liber de ecclesiasticis dogmatibus.** »Credimus unum deum esse« × »similitudinem in moribus invenire. Explicit diffinicio ecclesiarum.«

f. 56^a—130^b **Isidori Hispalensis Libri III de ecclesiastica institutione seu de summo bono.** »Summum bonum deus est« × »letificandos includit. Explicit . . . de summo bono per manus **Nicolai de Pieska.**«

f. 131ª—132ª (anepigr.) Sermo de sacramento paschali. × »Explicit . . . (lacuna ex rasura) per manus **Nicolai de Pieska** sub a. d. **1376**.«
f. 132ª—134ª Registrum operis praecedentis.
f. 134ª—135ª (alia recentiori manu) **Petri Blaesensis Dictum de miseria curialium clericorum.**

Nota in operculo inferiore rubricata: »Liber dom. Woyslay predicacionis socii quondam . . . (lacuna ex rasura, fortasse: venerabilis domini) Milicii.« Nota in fol. praeligato: »Sub a. d. 1376 dom. Petrus de Rozemberg cepit solvere censum Venceslao cerdoni in festo s. Galli unam sexag. et unam in festo s. Georgii.«

2354 *XIII. F. 16.* (*Y. I. 1. n. 37.*)

chart. saec. XV ff. 176 num., 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 25ª—38ᵇ **»Mysticacio nominum ab Adam usque Machabeum et post de Actis in Novo Testamento.«** »Adam figuram Christi gestavit« × »eterne beatitudinis refeccione saturabuntur.«

f. 38ᵇ—54ᵇ **Vitae sanctorum sacrae scripturae.** »Quorundam sanctorum nobilissimorumque virorum« × »atque sepultus« . . .

f. 57ª—87ᵇ **»Excerpta de ecclesiastica historia Eusebii Cesariensis, quam Rufinus transtulit.«**

f. 88ª—90ᵇ »Anselmus (recte **Bernardus Claraevallensis**) **in tractatu ad Eugenium papam**« **de septem sigillis in Apocalypsi.**

f. 93ᵇ—95ª »Collecta ex scripto fratris predicatoris in Praga de anno iubilleo et indulgenciis.«

f. 95ª—95ᵇ »Motiva pro defensa prelatorum et indulgenciarum.«

f. 96ª—97ᵇ (anepigr.) **Tractatus de 35 gradibus caritatis.** »Primus gradus caritatis« × »vivat et regnet.«

f. 98ª—99ᵇ »**Prefacio M. Andree de Broda in principio disputacionis de quolibet in Praga.**«

f. 100ª—102ᵇ »**Sermo M. Stanislai (de Znojma) factus in Praga super »Nemini quicquam debeatis.**«

f. 111ª—113ᵇ »**Sermo M. Simonis de Tissnow super »Rogate que ad pacem sunt.**«

f. 114ª—114ᵇ »Excerpta Bernardi super cantica contra medicorum observancias.« Incipit: »Contra M. Albicum (superscriptum: medicos) et omnes sequaces Ippocratis et Galieni.«

f. 115ª—115ᵇ »**Determinacio Henrici Pitrwelt (= Bitterfeld) M. sacre theologie ord. pred. a s. Clemente contra simoniam.**« »Symonia est studiosa voluntas« × »propter spirituale.«

f. 116ª—119ᵇ Notae variae theologicae.

f. 125ª—131ᵇ »Sermo **(= Oratio) prioris de Sallono factus coram consilio regis Wenceslai tempore scismatis in Montibus Kutnis**« × »Scriptum per M. Hus ad mandatum M. C(ristanni) de Prachaticz« (Edid. Höfler Script. rer. hus. II, 174—187).

f. 136ª—138ᵇ »Scripta de peccatis originalibus (!) et mortalibus.«

f. 139ª—147ª Notae de confessione et de peccatis.

f. 148ᵃ—176ᵇ **Epistola anonymi ad predicatorem Pragensem** (edid. Hardt III, 14. Recentiori manu sic inscribitur: »Doctoris de Broda contra M. Hus«, sed in registro contentorum hic titulus occurrit: »Scripta cuiusdam presbyteri fratri suo, ut redeat ad sinum s. matris ecclesie, quem credidit ab eadem excessisse.«) cum nonnullis notis marginalibus bohemicis saec. XV—XVI.

Operculo inferiori adligatum est fragmentum membran. codicis astrologici saec. XIV/XV, in quo occurrunt orationes ante diversas figuras astronomicas dicendae. In operculo super. intrinsecus manu fere coaeva annotatum est registrum contentorum, quod et nos magna ex parte in recensendo codice secuti sumus; extrinsecus primus libri possessor nomen suum prodidit: »Magistri Cristanni de Prachaticz«. Folia in descriptione nostra omissa vacant scriptura. In fol. 1—24 nunc deficientibus secundum registrum exarata erant quaedam Wiclifi opuscula. In cat. Rudnic. codex sign. P, 18 (Nationis), quae signatura hodiedum in operculo legitur.

2355 *XIII. F. 17.* *(Y. III. 4. n. 59.)*

chart. saec. XV ff. 181, 21·5 × 16 cm. d. m.

f. 1ᵃ—21ᵇ **(Johannis de Sacrobosco?) Computus ecclesiasticus cum notis interlinearibus.** (Initium deest) × »habeto coevos. Explicit Ecclesiasticus per manus cuiusdam **Blasii dicti Rasus a. d. 1438** sabbato post festum Briccii et hoc **in Grecz Regine.**«

f. 22ᵃ—36ᵃ **Computus orbicularis.** »Cum supernorum motus« × »valet enodari. Finitus sabbato sero ante dominicam Judica.«

f. 36ᵇ Figura computistica spectans ad opus praecedens.

f. 37ᵃ—43ᵃ **M. Cristanni (de Prachaticz) Algorismus prosaicus cum notis marginalibus et interlinearibus.** »Motus parvulorum amore« × »numerus debebit resultare.«

f. 43ᵇ—44ᵇ Notae arithmeticae variae.

f. 45ᵃ—51ᵇ **(Johannis de Polonia?) Computus manualis cum commentario.** (Comment.:) »In multis locis« (textus:) »Est duplex cyclus« × »quarta sequens feria. Explicit computus manualis sub a. d. **1429** sec. fer. ante Jacobi.«

f. 52ᵃ—52ᵇ Notae arithmeticae.

f. 53ᵃ—88ᵇ **(Johannis de Sacrobosco) Computus philosophicus cum notis interlinearibus.** »Compotus est sciencia« × »Hec itaque de cursu solis pertinentibus scire sufficiant compotistis. Finis fer. IV ante festum s. Elisabeth. Explicit philosophicus primus liber per manus cuiusdam W. de . . . (rasura) **1439.**«

f. 89ᵃ—120ᵃ Eiusdem operis pars altera (?) »Cum ex motu lune« × »quod nos hic fructificemus.« (Versus finales docent auctorem esse Joh. de Sacrobosco.)

f. 120ᵇ—125ᵇ »Incipit **Oicreper . . . in Plauensi oppido** compositus« **(a Johanne rectore scholarum ibidem).** »Indiges igitur anni radice« × »horaria bina pro minuto sume minuta« (finis deest aliquot sequentibus foliis excisis).

f. 126b—134b »**Computus chirometralis a M. Cristanno (de Prachaticz) excerptus**« (= **expositus**). »Ut parvuli facilius capiant« . . . . (textus:) »Penta vigint« × »reliquos numero numerabis.« (in margine rubricatum est manu recentiore: »Hec leccio finita est IV kal. April. 1463«).

f. 135a—170b **(Johannis de Sacrobosco) Tractatus de sphaera materiali cum notis interlinearibus et marginalibus.** »Tractatum de spera materiali« × »aut mundi machina dissolvetur.» (Sequuntur notae manuum recentiorum: »Fer. VI post assumpcionem b. M. finivit nobis M. Petrus Bibat (de Dvekaczowicz) a. d. 1441. M. Jacobus de Paczow finivit nobis fer. II ante purificacionem b. M. a. d. 1465.«)

f 171a—174b »Incipit **Bohemarius**« **(Algorismus auctore quodam monacho Břevnoviensi).** »In nomine infallibilis omnium rerum numeratoris« × »Expl. algorismus editus per quendam religiosum monasterii Brzewnowiensis.«

f. 175b—177a »Regule valentes pro mercimoniis et aliis proporcionibus inveniendis.«

f. 177b—178b Probatio omnium specierum de integris.

f. 179a—179b Notitia quadrantis.

f. 180b—181a (anepigr.) **Pravidla jídelní staročeská** (vyd. Hanuš, Malý výbor str. 92).

f. 181a **Cisiojan staročeský (podobný vydanému od Hanky v Rozboru staroč. lit. str. 187).**

Operculo infer. inscripta sunt quaedam proverbia bohemica.

2356 *XIII. F. 18.* (*Y. I. 2. n. 57.*)

chart. a. 1412 ff. 180 num., 22 × 15 cm. 1 m.

f. 1a—140a **Alexandri de Villa Dei Doctrinalis pars I commentario illustrata.** »Scribere. Plato in Timeo: Nihil est« × »declinacio quarta . . quia semper formantur a nomine et non a verbo. Et sic est finis huius commenti prime partis vener. magistri Alexandri« . .

f. 141a—180b **Frowini canonici Cracoviensis** (ut affirmat commentator) **Antigameratus commentario illustratus.** »Memoriam fecit mirabilium suorum . . . Hos morum flores« × »pro docmate i. e. pro doctrina vor ein lerunge. Explicit antigameratus a. d. **1412.**«

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicum grammaticalium saec. XIV ex. Nota in operculo inferiore: »Liber Martini Pictoris Cress« . . .

2357 *XIII. F. 19.* (*Y. I. 1. n. 25.*)

chart. a. 1393—94 ff. 234, 21 × 15 cm. 1 m.

f. 1a—97a **Roberti Holgoth Scriptum (= quaestiones) super Sententias Petri Lombardi.** »Utrum quilibet viator« × »nihil eligit. Et sic patent questiones super IV sentenciarum. Explicit scriptum etc. u. s. per manus fratris **Sigismundi Theychinger** ord. pred. protunc studentis **in Magdeburg** in vigilia Symonis et Jude finitum a. d. **1393.** Myla Maria tobye chwala bud na weky. Utinam Elska.«

f. 97ᵇ—103ᵃ Tabula super IV libros sentenciarum scripta ab eodem X »Myla Maria twe mylosty dyekugy sprawu wyeru. Utinam Elska.«

f. 103ᵃ—103ᵇ Notae variae theologicae et canonicae.

f. 104ᵃ—108ᵃ (anepigr.) »Sex sunt articuli, quos in diversis materiis dixi, contra quos socii reverendi instituerunt« etc.

f. 108ᵃ—123ᵃ (anepigr.) **Quaestiones variae dogmaticae in libros Sententiarum.** »Utrum angelo confirmato conveniat« X »Et sic finitur questio.«

f. 123ᵇ—126ᵇ »Tabula super lecturam sentenciarum M. Roberti Holkot scripta per fr. eundem atque supra a. 1394« . .

f. 127ᵃ—174ᵃ **(Thomae) Buckingham Quaestiones super Sententias** cum tabula in fine. »Utrum intellectus viatoris« X »Explicit Bochynkam super sentencias, qui est satis famosus inter doctores modernos de Anglia per manus **fr. Sigismundi Theychingeri de conventu Coloniensi** provincie Bohemie protunc studentis Magdeburgensis.«

f. 174ᵃ—176ᵃ »Isti sunt articuli, in quibus s. Thomas (Aquinas) videtur aliter dicere in scripto et summa et in aliis dictis.«

f. 176ᵃ—176ᵇ Notae philosophicae X »Explicit hoc totum, libenter biberem bonum potum, unde scribitur: geselschaft mus ich mych began, dass machit daz ich keynen bulen han.«

f. 177ᵃ—219ᵃ (anepigr.) **Quaestiones dogmaticae in libros Sententiarum.** »Utrum verbum incarnatum« X »sicut deus est bonus. Explicit hic liber per (eundem fratrem atque supra) a. **1394** fer. III precedente ante translacionem gloriosi patris nostri b. Dominici.«

f. 220ᵃ—234ᵃ (anepigr.) Argumenta librorum in scholis legi solitorum. »Cum omne appetitum movere debens« X »grates deo. Explicit. Finite sunt a. d. 1394 sabbato in vigilia pentecostes in Magdeburg per« (eundem).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis liturgicis saec. XII—XIII.

2358 *XIII. F. 20.* (*Y. I. 2. n. 123.*)

membran. saec. XII/XIII ff. 258, 21·5 X 14·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—69ᵃ **S. Marci Evangelium cum glossa.**

f. 69ᵇ—71ᵃ (anepigr.) **Hugonis de S. Victore Tractatus de tabernaculo Moysis.** »Factum est primum tabernaculum« X »non est dicendum per singula.«

f. 71ᵃ—71ᵇ »De V sensibus anime contra corporis sensus.«

f. 72ᵃ—117ᵇ **(Honorii Augustodunensis) Gemma animae.** »Fratres solitario. Agmen in castris eterni regis« X »nuptiis interesse mereatur« (Operi huic inserta est Rabani expositio missae.)

f. 117ᵇ—118ᵃ Notae: 1) de signis ante iudicium, 2) Collirium ad oculos, 3) De missa semel aut saepius in die celebranda.

f. 119ᵃ—162ᵃ **Epistolae canonicae cum glossa.**

f. 163ᵇ—165ᵃ Notae variae ad biblia spectantes.

f. 166ᵃ—205ᵇ **Alani ab Insulis Summa de arte praedicandi.** »Vidit scalam Jacob« X »regni eius non erit finis.«

f. 206ª—240ᵇ **Anselmi Cantuariensis Monologion.** »Quidam fratres« ╳ »ineffabiliter trinus et unus.«

f. 240ᵇ—249ᵇ **Eiusdem Proslogion.** »Postquam opusculum« ╳ »benedictus in secula. Explicit proslogion.«

f. 249ᵇ—257ª »Incipit quoddam . . . scriptum ex eodem libello . . . . Sequitur quid ad hec respondeat quidam pro insipiente.«

f. 257ª—258ª **Anselmi Cantuariensis Epistolae duae, prior ad H. abbatem de S. Laurentio, posterior ad Lanfrancum archiepiscopum Cantuariensem.**

Nota in fol. praeligato manu saec. XIII.: »Pro isto volumine et pro epistolis canonicis III libre Bononinorum den. date sunt et XXXII den.« Altera nota in f. 117ᵇ: »A. d. 1352 XI die mensis Januarii ego Jacobus emi istum librum apud Nicolaum de Brunna pro XXVII sol. in presencia mag. Oleni et Valtheri.« Ibidem ad calcem manu saec. XIII haec nomina scripta sunt: »Coyata, Rystata (?), Milota fec.« Vetus sign. A, V.

2359 *XIII. F. 21.* *(Y. I. 1. n. 34.)*

chart. saec. XV ff. 189, 21·5 ╳ 15 cm. d. m.

f. 1ª—22ᵇ M. Lotharii **(Innocentii papae III) Tractatus de humana conditione.** »Domino patri karissimo P. . . Portuensi episcopo« ╳ »nisi misereri et parcere. Sit ergo ipse benedictus in s. s.«

f. 22ᵇ—30ª **M. Johannis Hus Sermo ad clerum super »Abiciamus opera tenebrarum«** (edit. Norimb. 1558, II, 37).

f. 30ª—34ª **»Sermo pro cavendis alienis peccatis.«** »Nolite communicare infructuosis operibus« ╳ »tacendo perire permittitis.«

f. 35ª—61ᵇ **Pastorale** doctoris evangelici **(= Johannis Wiclif).** »Cum duplex debet esse« ╳ »regis regum.«

f. 61ᵇ—63ª Registrum operis praecedentis.

f. 63ª—76ᵇ (anepigr.) **M. Johannis Hus Replica contra adversarium occultum.** (Edit. Norimb. 1558, I, 135.) ╳ »Explicit tractatus contra defensorem sacerdotum malorum.«

f. 76ᵇ—78ª (anepigr.) **Eiusdem Sermonum ad clerum super »State succincti« et »Vos estis sal terrae« fragmenta.** »Restat autem scire de sacerdotali dignitate« ╳ »O utinam hec perpenderent omnes status spirituales.«

f. 78ª—87ᵇ **Eiusdem Quaestio de sanguine Christi** (cuius tamen initium require f. 159ᵇ—161ª) ╳ »Finitur determinacio questionis de sanguine J. Chr. cum tractatulo circa eandem per reverendissimum M. Johannem Hus de Husynecz sacre theologie professorem.« (Edit. Norimb. I. 144 sq.)

f. 88ª—90ᵇ (anepigr.) **Eiusdem (?) Sermo super »Tu es Petrus«.** »Beda in omelia hodierna« ╳ »surge et ambula.«

f. 90ᵇ—92ª Notae polemicae variae. Prima »de eo, quod per interdictum cultus divinus non debet arestari«, deinde de excommunicatione.

f. 93ª—107ª **Matthaei de Cracovia Tractatus de frequenti communione.** »Multorum tam clericorum« etc.

f. 107ª—118ª S. **Augustini (?) Liber de vita christiana.** »Ego Augustinus primus peccator« × »conferamus absentes.«

f. 118ᵇ—128ᵇ **M. Friderici (de Epinge) Collatio de excommunicatione.** »Credo sanctorum communionem« × »diligentibus se I Cor. 2.«

f. 129ª—134ª **Thomae de Aquino Expositio orationis dominicae.** »Pater noster. Crisostomus« × »posuit deus Amen.«

f. 134ᵇ—146ª Excerpta et notae variae theologicae.

f. 146ª—146ᵇ **Johannis de Oldecastell summi de Cobham** (= Sir John Oldcastle lord Cobham) **Epistola ad Woksam** (de Waldstein) **aut Zdislaum de Zwieřeticz data in Culing** in die nativit. Mar. a. **1410.** (Edid. Nedoma Boleslavský kodex 44—46 et Loserth MJÖG XII, 266.)

f. 147ª—148ª **Richardi Wyche Epistola ad J. Hus data Londini** in nativit. virg. glor. (Ed. Höfler, Script. II, 210.)

f. 148ª—152ª (anepigr.) **S. Ambrosii Pastorale.** »Non iam ad subditum loquor« × »in sec. sec. permisisti.«

f. 152ª—159ª **Roberti episc. Lincolniensis Sermo in praesentia papae habitus Lugduni a. 1250.**

f. 159ᵇ—161ª Initium quaestionis M. J. Hus (cf. supra f. 78ª—87ᵇ).

f. 161ᵇ—164ª **M. Stanislai de Znoyma Positio de victu laboris manualis vel evangelici** (carens fine).

f. 165ª—171ª (anepigr.) **Tractatus de confessione.** »Nota, quod quindecim sunt« × »non autem de racione confessionis.«

f. 171ª—180ª **Tractatus de peccatis.** »Superbia igitur« × »prospero reguntur successu.«

f. 180ª—181ª **Peccata mortalia bohemice exposita (Hříchy smrtelné — latinsky a česky).**

f. 181ª—186ᵇ »Quid mali peccatum facit« et cetera de peccatis.

f. 187ª—187ᵇ **M. Johannis Hus Sermonis paschalis fragmentum.** »Refloruit caro mea, Psal. 27. Pensandum« × »Hec venerabilis Hus in sermone paschali post vesperas.«

f. 188ª—189ᵇ Mysticationes quaedam et differentiae inter sacerdotes bonos et malos.

Operculo super., in quo exaratus est etiam index contentorum manu coaeva, adligatum est fragmentum instrumenti publici notarii Borssonis nati olim Simonis de Kbel, quo confirmatur quaedam procuratio.

2360 *XIII. F. 22.* (*Y. I. 1. n. 87.*)

chart. saec. XV ff. 259, 21 × 15 cm. 1 m.

f. 1ª—7ª (anepigr.) **M. Johannis Hus Quaestio de arguendo clero** (edit. Norimb. 1558 f. 149 sq.).

f. 7ª—18ª **M. Jacobi de Misa Sermo ad clerum super »Beati pauperes«.**

f. 18ª—30ª **Tractatus b. Hugonis (de S. Victore) super Magnificat.** »Si circumstanciam« × »et semini eius.«

f. 30ª—42ᵇ Sermones tres »de cruce dominica et latrone.«

f. 42^b—66^a **S. Johannis Chrysostomi Libri duo de cordis compunctione ad Demetrium.** »Cum te intueor« × »in mortalibus flammis. Expl.« etc. u. s.

f. 66^b—79^a **Eiusdem Tractatus, quod nemo potest laedi nisi a se ipso.** »Scio, quod crassioribus« × »nisi a semet ipso.«

f. 79^a—80^b **S. Augustini Sermo de poenitentia.**

f. 80^b—83^a **Maximi Taurinensis Sermo de symbolo.**

f. 83^a—88^b **S. Augustini Sermo de vita aeterna.**

f. 88^b—90^b **B. Hieronymi Epistola ad Paulinum.**

f. 90^b—92^b **S. Augustini (?) Sermo »Nemo dicat, fratres«.**

f. 93^a—97^a **Isidori Hispalensis (?) Tractatus de honestate morum ac vitae.** »Dilecte fili, dilige lacrimas« × »pro baptismo reputatur.«

f. 97^a—259^a **Homiliae veterum patrum** (Augustini, Gregorii, Bedae, Chrysostomi etc.) **praecipue de sanctis.**

Vetus sign. O, 14.

2361 *XIII. F. 23.* (*Y. II. 6. n. 13.*)

membran. saec. XIV ff. 147, 19·5 × 15 cm. 1 m.

Casus V librorum Decretalium Gregorii IX.

f. 1^a »Firmiter credimus. Casus non summatur. Nota tamen, quod« × f. 144^b »vel eciam beneficium salvo eo, quod dicit gloza«. f. 145^a—147^a (manu recentiori) Rubricae libri decretalium.

Codicem recens. Schulte, Can. Hdsch. p. 48.

2362 *XIII. F. 24.* (*Y. I. 2. n. 33.*)

chart. saec. XIV ff. 112, 21 × 15·5 cm. d. m.

f. 1^a—24^b (anepigr.) **Compendium de virtutibus secundum Aristotelis Ethica.** »Anima nascitur sicud tabula rasa« × »Et in hoc stat et terminatur iste liber 10. scilicet Ethicorum.«

f. 25^a—69^a (anepigr.) **Quaestiones super Aristotelis Ethicis.** »Utrum actus virtuosus sit melior virtute« × »scilicet prudenciam sibi connexam.«

f. 69^b Registrum quaestionum praecedentium.

f. 70^a—80^b **Rut. Aem. Palladii Liber de agricultura abbreviatus per Godefridum Allemannum medicum.** »Palladii librum breviatum per Godefridum« × »Explicit Palladius abbreviatus . . . (rasura) Godefridi Allemanni medici.«

f. 81^a—81^b Registrum cuiusdam operis astronomici.

f. 82^a—$90/_a$ (anepigr.) **Johannis Hispalensis Tractatus de astrolabio.** »Astrolabie speculacionis exercicium« × »Item sub 10 milibus perfectus numerus est ara (?). Explicit.« (de auctore cf. Schum p. 646).

f. 90^a—91^b (anepigr.) **Epilogus in usum et operationem astrolabii Messehalae.** »Nomina instrumentorum astrolabii« × »compone pedes capud erige visum.« (De auctore cf. Schum p. 647).

f. 91^b—100^a (anepigr.) **Tractatus de arte divinandi ex congregatione 24 globulorum.** »Congregacio a se ipsis geminata« × »et idem parat et bonum.«

f. 101^a—112^a »Incipit **Liber Fortunati Eleazarii Mazarii Thoriti (?) . . . de arte autentica et ydayca«** (»**liber de annulis**«). »Notum sit omnibus« × »qui sine fine vivit et regnat per infinita s. s. Explicit.«

Operculo super. adligatum est fragmentum codicis membran. saec. XIV. argumenti medicinalis, in quo occurrit manu saec. XV annotatum nomen possessoris: »Iste est liber Martini de Plzna.«

2363 *XIII. F. 25.* (*Y. III. 4. n. 47.*)

chart. saec. XIV ex. ff. 162, 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1^a—43^b (anepigr.) **Gualteri Burlaei Tractatus de vita et moribus philosophorum veterum.** »De vita et moribus philos. vet. tractaturus« × »qui fuit magister Allexandri in arte oratoria, eius hystoriam conscripsit. Such dub chlapom a zakom zelen.«

f. 44^a—46^b **(Pseudo-) Dionysii Epistola de morte s. Pauli ad Timotheum.**

f. 46^b—48^b Notae astronomicae.

f. 49^a—68^a **Tractatus de astrolabio.** »Prohemium in astrolabium . . Quia plurimi ob nimiam quandoque accurtacionem« × »ut superius est ostensum.«

f. 68^a—70^b Notae astronomicae.

f. 70^b—72^b **Tractatulus de cognitione quadrantis.** »Tractatulum de cog. quadr. quoad horarum« × »et evenient tibi hore diei et residuum noctis.«

f. 73^a—88^b »Sequuntur **Practice philosophici«** (**computi Johannis de Sacrobosco**). »Pro intelligendo ea, que dicuntur in calculatoribus« × »magnus ciclus paschalis. Et sic finita sunt harum notabilia practicarum.«

f. 88^b—90^b Notae astronomicae.

f. 91^a—152^b (anepigr. fol. 91 resecto) **Commentarius in Johannis de Sacrobosco computum philosophicum duplex, sed neuter integer** (fortasse incuria moderni ligatoris).

f. 153^a—162^b Notae astronomicae, quarum ultima de constellatione lunae bohemica est (»Acz chczess wyedyety na kterem znameny bylby myesyecz« etc.)

2364 *XIII. F. 26.* (*Y. II. 6. n. 2.*)

membran. saec. XIII/XIV ff. 124, 20 × 13·5 cm. d. m.

f. 1^a—22^b **Isaac Israelitae Liber de urinis a Constantino translatus.** »In latinis quidem libris« × »fumus stomachi hoc facit. Expl. urine Ysaac.«

f. 23ª—27ᵇ **Galeni Liber de differentia pulsuum.** »Quecunque hiis, que introducuntur« × »arterie brevem.«

f. 27ᵇ—30ᵇ **(Nicolai Salernitani) Liber de cibis et potibus praeparandis.** »De cibis et potibus preparandis« × »et ex frigiditate cum acutis.«

f. 31ª—33ª **Tractatus de anatomia.** »Anothomia sic fit« × »sanguinem superpone. consobitur« (?).

f. 33ª—36ª »Incipit **Liber pulsuum.** Corporis humani machina« × »Sed hec vobis de pulsu dicta sufficiant.«

f. 36ᵇ—37ª **Liber de signis urinarum.** »De urinis tractaturi, videamus« × »Expliciunt signa urinarum.«

f. 37ª—39ᵇ De aquis et oleis medicinalibus.

f. 40ª—41ª Libri pulsuum fragmentum.

f. 42ª—44ª **Hippocratis Liber de aere et aqua.** »Quisquis ad medicine studium« × »vel malignitati.«

f. 44ᵇ—45ª **Eiusdem Secreta.** »Pervenit ad nos« × »et super 25 proposiciones.«

f. 45ᵇ—46ª **Catalogus operum a Gerardo Cremonensi translatorum cum elogio eiusdem in fine.**

f. 46ᵇ—48ª **Hippocratis Epistola de elementis.** »Elementum in mundo« × »alterum ab altero nasci videmus.«

f. 49ᵇ—50ª Versus de lapidibus.

f. 51ª—58ᵇ **Tractatus de modo medendi.** »De modo medendi quot et quibus modis« × »coctis ad medietatem.«

f. 59ª—65ᵇ **Isaac Israelitae Definitiones a Gerardo Cremonensi translatae.** »Plures eorum antiquorum« × »visus vero testificatur illius contrarium.«

f. 66ª—71ª **Flos diaetarum.** »Corpus humanum cum quatuor humoribus« × »super stomachum calida posita.«

f. 71ª—71ᵇ De pillis. f. 71ᵇ—73ª De clisteribus. f. 73ª—76ª De siropis. f. 76ª—78ª De oleis. f. 78ª—81ª De aquis. f. 81ª—82ᵇ De cibis et potibus. f. 82ᵇ—85ᵇ De apostematibus. f. 85ᵇ—87ᵇ Diversae medicinae diversarum infirmitatum.

f. 88ª—89ª Liber speculationum de medela oculorum. (In fine occurrit nota quaedam alia manu scripta spectans ad a. 1325.)

f. 89ᵇ Qualitates temporum secundum kalendas Januarii.

f. 90ª—120ᵇ (anepigr.) **Platearii Liber de simplicibus medicinis.** »Circa instans negocium« × »flegmaticis vero utiles.«

f. 120ᵇ—122ᵇ **Summa »creticorum« dierum.** »Quoniam creticorum sciencia dierum« × »debilitas signorum attenditur. Explicit.«

f. 122ᵇ—126ª **Tractatus de medicinis repressivis.** »Laxativa solent nimium« × »et forcius addita ferrugine. Expliciunt repressiva.«

f. 126ª—126ᵇ **Summa decretorum.**

Codex hic, qui extra Bohemiam exaratus esse videtur, circa a. 1400 apud nos recompactus est, ut docet series contentorum in folio praeligato annotata et fragmentum actorum iudiciariorum archiepisc. Prag. operculo inferiori adglutinatum. Vetus sign. libr. Carol. O, 3, K.

2365 *XIII. F. 27.*

chart. a. 1419 ff. 312, 22×15 cm. 1 m.

Rosarium seu Floretum (Dictionarium theologicum)

f. 1ª »Absolucio dicitur tripliciter« × f. 312ª »Explicit liber rosarius cum eisdem et omnibus titulis, qui continentur in Floreto, per manus **Petri de Zeleznicz** sub a. d. **1419** fer. VI post nativitatem domini.«

f. 312ᵇ »Kniez Petr Zeleznik fararz w Hosstieczky (sic) a. d. 1537.«

Codex hic a. 1847 bibliothecae nostrae nescio unde obtigit.

2366 *XIII. F. 29.*

chart. saec. XVI ff. 144, 21·5×16 cm. d. m.

Collectio formularum medicinalium latinarum et germanicarum.
Cui insertum est opus germanicum:

f. 43ª—116ª (anepigr.) **Wundarzneikunde.** „Am ersten secht er einen Idermanne" × „kan lemen oder vorterben. Hie hat das puch ein Ende, Got uns seyen genade sende.«

Codex hic a. 1867 nescio unde bibliothecae nostrae obtigit.

2367 *XIII. F. 30.*

chart. saec. XV ff. 105, 21×15 cm. d. m.

f. 1ª—24ᵇ **Sequentiae vel prosae notis marginalibus et interlinearibus illustratae.**

f. 25ª—46ª **(Henrici de Frimaria) Tractatus de septem vitiis sub virtutum specie palliatis.** »Est via que videtur« × »poterimus extirpare. Per me **Christoforum Eckinger.**«

f. 46ᵇ—47ª Inserta est quaedam incantatio bohemica rudi manu saec. XVII/XVIII exarata.

f. 47ª—87ᵇ **Summa decretalium Henrici de Merseburg a quodam ectore abbreviata.** »Cum summam Henrici fratribus legerem« × »divina audire et non officiare. Hec Hos. etc. Et sic est finis.«

f. 87ᵇ—104ᵇ »Tractatus contra Wiclefistas in Constantia compositus« (est **anonymi epistola ad quendam praedicatorem Pragensem**, quam ed. Hardt III, 339).

f. 105ª—105ᵇ Fragmentum cuiusdam tractatuli fr. Johannis de Capistrano (de cupiditate et avaritia).

2368 *XIII. G. 1.*

chart. saec. XV ff. 140, 21·5×15 cm. 1 m.

f. 1ª—74ª **Aegidii (de Columna Romani) Sermones de altaris sacramento.** »Venite comedite . . . Hiis verbis« × »meritoque contempnerentur. Expl. sermones Mag. Egidii« etc. u. s. (Opus hoc ab aliis **Thomae de Aquino** attribuitur, cf. edit. Parmens. p. XIV, 135—176.)

f. 74ᵇ—105ᵇ **»Speculum corporis Christi et sanguinis.«** »Sequitur alius tractatulus de eodem per modum dyalogorum. Ezechiel in visione dei« × »in eternum sociari . . . Et sic est finis huius tractatuli, qui dicitur Speculum« etc. u. s. (Tractatui huic alibi, ex. gr. in cod. III. D. 13 »Victoria fidei« inscribitur.)

f. 106ᵃ—113ᵇ **Tractatulus b. Augustini de praedestinatione contra Pelagianos.** »Addere eciam hoc quam maxime« × »indebitam prerogare. Expl. tract.« etc. u. s. (Recentior manus falso addit annum 1543.)

f. 114ᵃ—140ᵃ **Eiusdem Tractatulus de fide ad Petrum.** »Epistolam, fili Petre« × »hoc quoque illi deus revelavit. Et sic est finis huius« (alia manus addit: »Et sic est finis per me Wenceslaum de . . .«).

f. 140ᵇ saec. XVI Zlomek epištoly sv. Pavla k Římanům.

A. 1609 codex bibliothecae Rosenbergicae, deinde monast. Třebonensis erat.

2369 *XIII. G. 2.*

chart. saec. XV/XVI ff. 174, 22 × 16 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1ᵃ—23ᵇ **G. Sallustii Crispi Liber de coniuratione Catilinae cum notis marginalibus.**

f. 23ᵇ—63ᵇ **Eiusdem Liber de bello Jugurthino cum notis marginalibus.**

f. 64ᵃ—103ᵃ **Flavii Vegetii Renati Epitoma rei militaris.** × »Librum finivit, Longini cum venerat lux, | **Procopius magister Pragensis** incola urbis.«

f. 103ᵇ—126ᵇ **Aur. Macrobii Ambrosii Theodosii Conviviorum postremi diei Saturnaliorum liber VII.**

f. 127ᵃ—162ᵇ **M. Tullii Ciceronis de officiis libri III cum notis marginalibus.**

f. 162/ᵦ »Epitaphia (Ciceronis) edita a XII sapientibus.«

f. 163ᵃ—172ᵃ **Ciceronis liber de amicitia.**

f. 172ᵇ—174ᵇ Excerpta varia.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis canonico-iuridici saec. XIV. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde monasterii Třebonensis.

2370 *XIII. G. 3.*

chart. a. 1489—1512 ff. 260, 21 × 16·5 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—61ᵃ (anepigr.) **Moralitates vernaculae ordine alphabetico.** »Accidia. Nota accidiosus est« × (usura) »nisi infernus et mors.«

f. 61ᵃ—64ᵃ Narratiunculae variae moralisatae.

f. 65ᵃ—70ᵃ **Libellus de seiunctione (?) animae et corporis.** »O vita, que tantos decipis« × »perfrui mereamur . . . Explicit libellus de s. . . . (lacuna cultro facta) **1489** fer. VI post Mauricii in Torgowe.«

f. 70ᵃ—79ᵇ »**Opusculum** ex floribus scripturarum collectum **de arte moriendi predicatum Miss(niae per licentiatum) Valentinum anno 1484.**« »Multi multa sciunt . . . Hec verba« × »eternaliter possidere« . . .

f. 79^b—80^a »Notabile pulcrum« de vanitate mundi. × »Finis opusculi a. 1507 fer. VI post ascensionis in loco nostro 14 auxiliatorum extra Cadanum transscripti.«

f. 80^a—82^b »Exemplum de morte seu disputacio« (M. Polycarpi cum morte).

f. 82^b—85^a **Sebastiani Brant Carmina quaedam latina et germanica (Einige deutsche Reimsprüche).**

f. 85^a—99^a **»Speculum artis bene moriendi« (Dominici Capranicae).** »Cum de presentis exilii« × »sine dubio salvabitur. Artis bene moriendi finis a. **1508** ipso die s. Valentini in loco 14 auxiliatorum extra Cadanum. **Fr. Eberhardus** qui supra« (sic).

f. 99^a—127^a **»Tractatus d^ris^ Jacobi (de Paradiso) ord. Carthusiensis de arte bene moriendi.«** »Omnes morimur« × »gaudebimus et laudabimus . . . finit per me fr. **Eberhardum Ablauff dictum de Rheno** ord. min. de observ. in Camentz a. **1512** in die s. Agnetis mart.«

f. 127^a—128^b **»Instituta Nili monachi de VII vitiis capitalibus«.**

f. 128^b—130^b **S. Bernardi Regimen religionis** et aliae notae theologicae.

f. 131^a—253^b **Petri Reginaldeti ord. min. Speculum finalis retributionis.** »Veterum probitates« × »credimus in eternum. Finit speculum f. r. compos. per rever. M. Petrum Reginaldeti etc. transcriptum in loco 14 auxiliatorum extra Cadanum partium Bohemie per fr. **Eberhardum Ablauffium de Rheno** . . . ibidem predicatorem a. **1507** die 17 dec.«

f. 253^b—260^b Registrum operis praecedentis.

Ut docet tabula contentorum operculo super. adglutinata, codice hoc ante mutilationem praeter alia continebantur insuper haec: De haeresiarchis Bernensibus, Revocatio Wigandi Wyrt, Carmen Philomusi (Locher). Codex sine dubio ex monasterio Cadanensi provenit.

2371 *XIII. G. 4.*

chart. cca. a. 1624 ff. 85, 20 × 16 cm. d. m.

Menologium morale defunctorum Societatis Jesu a. 1540—1623. Superest tantum mensis **Januarius.**

f. 7^a »Exscripsit R. V. cliens et obediens servus P. V. **Muevale«** (?) Utrum nomen hoc auctoris sit an librarii, manet incertum.

Cf. Menologia XVII. F. 16 et 52, item Elogia VI. C. 14, VI. E. 18, VII. C. 17 et 18, VIII. A. 13, XIV. C. 22, et Elogia, quae hodieque asservantur in coll. Ignatiano. (Čas. Mus. 1895 p. 316.)

2372 *XIII. G. 5.*

chart. saec. XV ff. 166, 21 × 14·5 cm. 2 m.

f. 1^a—46^b Isidori (recte **Thomae de Aquino) Expositio super cantica canticorum.** »Salomon inspiratus« × »in omni loco. Explicit Ysydorus super cant. cant.«

f. 48^a—131^b **»Vercellensis«** **(Expositio)** **»super cantica«.** »Osculetur me . . . Deiformis anime« × »nullatenus debitetur« . .

f. 132^a—144^a **Richardi de S. Victore Liber super visione Danielis prophetae de quatuor bestiis marinis.** »De triplici vicio mutabilitatis« × »regnum peccati destituitur. Explicit libellus« etc. u. s.

f. 144^b—166^b **S. Bonaventurae Tractatus de triplici actu hierarchico.** »Ecce descripsi eam tripliciter . . . Cum omnis gerat« × »secundum fidem christianam. Explicit.«

A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, postea monasterii Třebonensis.

2373 *XIII. G. 6.*

chart. saec. XV ff. 143, 21·5 × 14·5 cm. d. m.

f. 1^a—50^a **M. Johannis Nider Manuale confessorum.** »Quoniam iuxta b. Gregorii in pastorali« × »et tantum de confessorum erudicione sub compendio dixisse sufficiant. Sit laus trinitati per infinita secula.«

f. 51^a—69^a **Johannis cuiusdam** (cognomen radendo laesum est) **Tractatus de sufficientia legis christianae (Confessionale).** »Ecce tibi tradite sunt claves« × »crismate et oleo sancto.«

f. 70^a—75^b (anepigr.) Dubia quaedam circa officium missae.

f 76^a Expositio orationis dominicae carens fine.

f. 77^a—119^b **Regula et modus vivendi sacerdotum.** »Apparuit enim gloria dei« × »cito veni. Explicit regula« etc. u. s. (Idem opus v. I. A. 35 f. 229—271).

f. 120^a—130^a (anepigr.) **Confessionale.** »In principio mee narracionis« × »quod nullo modo dampnetur.«

f. 131^a—143^b (initium deest codice mutilato) Fragmentum cuiusdam operis theologici, cuius VI cap. est de amore dei, cuiusque etiam finis deesse videtur.

Codicem recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 49. A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, dein monasterii Borovanensis.

2374 *XIII. G. 7.*

chart. saec. XIV/XV ff. 237 num. + 3 non num., 21·5 × 16 cm. d. m.

f. I—III non num. Notae variae theologicae.

f. 1^a—2^a **S. Augustini Tractatulus de honestate mulierum.**

f. 2^a—5^b Notae variae theologicae.

f. 6^a—11^b **S. Augustini Liber de conflictu virtutum et vitiorum.** »Apostolica vox clamat« × »esse cum Christo.«

f. 12^a—18^b **Thomae de Aquino Liber de articulis fidei et ecclesiae sacramentis.** (Edit. Parm. XVI, 115 sq.)

f. 18^b—22^b Lectiones per hebdomadam de corpore et sanguine Chr.

f. 22^b—26^b **S. Bernardi Claraevallensis Sermo de sacramento altaris et de dignitate sacerdotii ad Petrum.**

f. 26ᵇ—29ᵃ **Institutio festi corporis Christi.**

f. 29ᵃ—37ᵃ **»S. Augustini Liber de doctrina seu vita christiana intitulatus.«** »Ego Augustinus primus peccator« × »conferamus absentes.«

f. 37ᵇ—40ᵃ **Eiusdem Libellus de tribus tabernaculis.**

f. 40ᵇ—46ᵃ **Eiusdem Epistolae consolatoriae ad nepotem in proximo moriturum.**

f. 46ᵃ—48ᵃ **Eiusdem Sermo de nativitate domini.**

f. 48ᵃ—52ᵇ **S. Johannis Chrysostomi Epistola ad Cyriacum episcopum exulem missa.**

f. 52ᵇ—54ᵃ **Isidori (Hispalensis) Dicta quaedam de confessione et temptatione.**

f. 54ᵃ—74ᵃ **S. Augustini Soliloquia.** »Cognoscam te« × »per infinita secula sec. Amen.«

f. 74ᵃ—75ᵃ **S. Anselmi Cantuariensis Deploratio virginitatis amissae.**

f. 75ᵇ—76ᵇ »Vita et formula religiosorum.«

f. 76ᵇ—77ᵃ »Dicta cuiusdam doctoris de percepcione corporis Christi.«

f. 77ᵇ—84ᵃ **Speculum sacerdotum.** »Materia baptismi« × »in reportorio aureo Gwill. plenius continentur.«

f. 85ᵃ—86ᵃ Quaestio de deceptione Evae.

f. 86ᵃ—87ᵃ **Petri Blessensis Epistola Roperto abbati missa.**

f. 87ᵃ—92ᵃ **Henrici de Oyta Dicta et responsa cuidam viro religioso (Rudolfo) interroganti petitorie de IV causis.**

f. 92ᵇ—123ᵇ **Bernardi Claraevallensis Epistola ad Carthusienses.** »Miserator et misericors« × »secretum meum mihi.«

f. 123ᵇ—126ᵇ Notae theologicae (prima de 3 statibus salvandorum).

f. 126ᵇ—148ᵃ **S. Bernardi Claraevallensis Sermo super »Missus est angelus.«**

f. 148ᵃ—167ᵃ **Eiusdem Sermo super »Stabat iuxta crucem.«**

f. 167ᵇ—172ᵃ Eiusdem (recte **Guigonis Carthusiensis**) **Tractatus de IV gradibus spiritualis exercitii** (= **Scala claustralium**). »Cum die quadam« × »a primo gradu remocior.«

f. 172ᵃ—179ᵃ S. Augustini (recte **S. Bonaventurae**) **Soliloquium de arra animae** (= **Imago vitae aeternae**). »Soliloquium de arra anime ut discamus« × »adherere deo bonum est.«

f. 179ᵃ—189ᵃ Notae theologicae variae (prima de spiritibus beatis).

f. 189ᵇ—208ᵇ »**Tractatus** secundum aliquos **S. Thomae de Aquino de modo confessionis.**« »Quoniam fundamentum« × »cum apparuerit gloria tua.« (Tractatus hic alibi Matthaeo de Cracovia, alibi aliis attribuitur.)

f. 209ᵃ—212ᵃ **Expositio orationis dominicae.** »Pater noster. Ipse inquam« × »ne offendamus eum.«

f. 212ᵃ—213ᵃ Notae theologicae variae.

f. 213ᵇ—226ᵇ **(Thomae Hibernici) Summula de tribus punctis christianae professionis** »et sunt annexi Statutis provincialibus.« »Religio munda« × »nec nimis prolixum compilare decrevit.«

f. 227ᵇ—233ᵃ **S. Bernardi Claraevallensis Liber de templo spirituali.** »Domus hec in qua habitamus« × »ut ipse stabiliat eam.«

f. 233ᵃ—236ᵇ **S. Johannis Chrysostomi Sermo de s. cruce.**

f. 237ᵃ—237ᵇ Nota de duplici ecclesia.

Operculo inferiori adligatum est fragmentum cuiusdam codicis membran. saec. XIV, in quo occurrunt **Notae historicae ad a. 1405—1423 spectantes** (quas edid. Höfler, Geschichtschreiber d. hus. Bew. II, 63). In operculo super. notatur pretium manu saec. XV: »pro 34 gr.« A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, deinde monasterii Třebonensis.

2375 *XIII. G. 8.*

chart. saec. XV/XVI ff. 263, 20·5 × 16 cm. 1 m.

Psalterium de tempore et de sanctis in usum monialium cuiusdam monasterii compilatum.

2376 *XIII. G. 9.*

chart. saec. XV ff. 452, 21·5 × 15 cm. d. m.

Hymni ecclesiastici cum diffuso commentario (ut docet prologus) **cuiusdam Bohemi et glossis bohemicis interlinearibus. (Hymny latinské s českými glossami.)**

f. 1ᵃ (Comment.:) »Elocuturus pauca in nomine domini . . .«

f. 2ᵃ (textus) »Veni redemptor gencium« × f. 444ᵃ (comment.:) »preciosa mors sanctorum in conspectu domini. Item Ciprianus« (cetera desunt).

f. 444ᵇ—452ᵃ Tractatus de institutione festorum Omnium Sanctorum et memoriae animarum.

Ex collegio S. J. Crumloviensi.

2377 *XIII. G. 10.*

chart. a. 1428—29 ff. 136, 21·5 × 15 cm. 2 m.

f. 1ᵃ—101ᵃ **Hildegardis Prophetia a Gebenone priore Eberbacensi exposita.** (Prologus:) »Honor. viris M. Reimundo scolastico et M. Renero canonico S. Stephani in Maguncia Gebeno« × »propter sermonis prolixitatem.«

f. 101ᵇ—102ᵇ **Visio Johannis de Jenstein archiep. Pragensis a. 1392.** »Nota. Visio facta est« × »quem Romani dicunt esse sanctum virum. Et sic est finis huius operis a. **1429.** Finitum et actum per me **Johannem de Lyssow.**« (Edit. Č. Čas. hist. 1902 p. 187.)

f. 103ᵃ—120ᵇ **(Simonis de Tišnov) Tractatus de ecclesiae catholicae unitate.** »Christus Jesus dei patris omnipotentis sapiencia summa« × »unitatis gubernator et conservator. Scriptum a. **1428**, finitum fer. IV ante Philippi et Jacobi apost.«

f. 120ᵇ—122ᵃ Registrum operis praecedentis.

f. 123ᵃ—136ᵇ (anepigr.) **(Simonis de Tišnov?) Tractatus de communione sub utraque, de baptismo parvulorum, de imaginibus etc. adversus Husitas.** »Utrum laycalem populum« × »supra firmam petram scil. dom. n. J. Chr. Scriptum a. **1428** in vigilia Galli confessoris.«

In codice occurrunt aliquot notae scriptae manu Udalrici Crucis de Telč. Liber initio spoliatus est conclusionibus quibusdam contra Wiklefistas, ut docet series contentorum in folio ultimo verso. Codex saec. XV erat monasterii Třebonensis, deinde bibliothecae Rosenbergicae, postremo iterum monasterii praefati.

2378 *XIII. G. 11.*

chart. saec. XIV/XV ff. 237, 21·5 × 15 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—14ᵃ **(Hugonis de Charo) Expositio missae.** »Dicit apostolus ad Ephes. VI: Induite vos« × »et sequitur hominem in bonis operibus. Expl. exp. m.«

f. 14ᵃ—32ᵃ **(Thomae de Aquino?) Tractatus de officio sacerdotali.** »Quia sacerdotis officium« × »rei de peccatis alienis.«

f. 32ᵃ—39ᵃ **M. Adalberti Ranconis de Ericinio Tractatus de communione sacra (frequentanda).** »Karissimo socio suo plebano S. Martini« × »nec utile reputavi.«

f. 39ᵃ—40ᵇ **Tractatus de devolutionibus.** »Reverendos et universos« × »bene predicari« (Maximam partem tractatuli huius edid. F. Tadra Čas. Mus. 1879 p. 569).

f. 40ᵇ—47ᵇ **Tractatus de confessione.** »Presbiteri moneant frequenter« × »ne excedas modum debiti.«

f. 48ᵃ—51ᵃ **Tractatus de septem mirabilibus in eucharistia.** »In sacramento eukaristie« × »mirabilia de lege tua.«

f. 51ᵇ—69ᵇ **(Rolandi de Comitibus) »Viridarius consolacionis.«** »Quoniam, ut apostolus Petrus ait« × »et angeli sanctitate amissa.« De auctore cf. cod. VIII. E. 21. f. 141.

f. 71ᵃ—81ᵇ (anepigr.) Auctoritates s. doctorum veterum de variis materiis theologicis.

f. 82ᵃ—101ᵃ **S. Bernardi Claraevallensis** (falso!) **Liber meditationum (de contemptu mundi).** »Multi multa sciunt« × »unum eundemque dominum, qui vivit« etc.

f. 102ᵃ—224ᵇ **Isidori Hispalensis De summo bono libri tres.** »Summum bonum deus est« × »letificandos includit.«

f. 225ᵃ—237ᵃ **(Tractatus) »de sacrosancti corporis et sanguinis domini mysteriis.«** »Isydorus dicit: Patet igitur« × »patet in Petro et Magdalena.«

2379 *XIII. G. 12.*

membran. saec. XII ff. 160, 21·5 × 15·5 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1ᵃ—26ᵃ **Sermo b. Hieronymi de assumptione s. Mariae.** »Cogitis me« × »appareatis in gloria.«

f. 26^b—31^a **Anselmi Cantuariensis Homiliae duae super »Intravit Jesus in quoddam castellum.«**

f. 31^a—44^a **Vita s. Otiliae (seu Odiliae).** »Temporibus igitur Childrici« × »idus Decembris« . . .

f. 44^a—52^a **(Vita et) passio s. Agnetis virginis.** »Ambrosius servus Christi« × »valeat invenire.«

f. 52^a—56^b **(Vita et) passio s. Barbarae virginis.** »Temporibus Maximiani« × »preside Marciano.«

f. 57^a—96^a **Bernardi Claraevallensis Homiliae IV super »Missus est Gabriel«.** »Quid sibi voluit« × »devotissime destinavi.«

f. 97^b—160^a **Expositio super Cantica canticorum.** (Prologus:) »Materia Salomonis« (Textus:) »Notandum, quod apud Hebreos« × »ita a Chr. doctrina et exemplum.« (In fronte f. 137^b occurrit nomen librarii: »Scriptor scribebat, **Albertus** nomen habebat«.)

2380 *XIII. G. 13.*

chart. saec. XVII ff. 134, 21·5 × 17 cm. 1 m.

f. 1^a—84^a (anepigr.) **Vita Christi secundum IV evangelistas auctore quodam patre S. J.** (Superest tantum **tomus IV** incipiens »de concilio sacerdotum adversus Christum.«)

f. 85^a—102^b Registrum tomi praecedentis alphabeticum.

f. 103^a—134^b **(Tractatus de templo Hierosolymitano et eius ministris,** ut videtur, **eodem auctore).**

2381 *XIII. G. 14.*

membran. saec. XVI in. ff. 226, 21·5 × 16 cm. d. m.

Inscriptiones latinae tam in Italia quam in Germania et Hungaria repertae praecedente alphabeto abbreviationum.

Saec. XVI codex erat Philippi Apiani medici, cuius insigne a. 1560 impressum operculo superiori adglutinatum est. Ad nos provenit ex collegio Pragensi fratrum minorum Hibernorum strictioris observantiae ad S. Ambrosium.

2382 *XIII. G. 15.*

chart. saec. XV ff. 279, 22 × 15·5 cm. d. m.

f. 1^a—17^b **Liber s. Johannis Chrysostomi de laudibus s. Pauli apostoli.** »Nichil prorsus erravit« × »per quem ista completa sunt. Oremus quoque« etc.

f. 17^b—21^b Excerpta e variis libris theologicis.

f. 22^a—30^a **S. Basilii episc. Monita ad monachos.** »Audi, fili, admonicionem« × »diligentibus se.«

f. 30^b—33^a **S. Anselmi Liber de meditatione redemptionis humanae.** »Anima christiana« × »possideat totum.«

f. 33^a—34^b **Eiusdem Tractatus de terrore iudicii.** »Terret me vita« × »qui diligunt nomen tuum« . . . .

f. 34^b—36^b **Hugonis (de S. Victore?) Tractatus de custodia cordis.** »Ad insinuandam« × »patrie se transferre.«

f. 37^a—51^a **Sermones de corpore Christi tres (Nikolai de Dinkelspühel?)**

f. 51^a—54^b **Eiusdem Sermones de X praeceptis.** »Preter precepta legis« × finem v. infra.

f. 56^a—66^b **Eiusdem Tractatus de causis pluribus, ex quibus dignum est, ut deus diligatur.** »Math. 22 scribitur, quod duo sunt mandata« × »de condicione et missis« (finis deesse videtur).

f. 67^a—87^b **Eiusdem** »de X preceptis« (recte: **de dilectione dei et proximi**). »Scribitur Mat. 22, quod cum quidam legislator« × »et coheres naturalis eius filii dom. n. J. Chr.« . . .

f. 87^b—98^a Tractatus de infusa gratia et de praedestinatione. »Adhuc excellenciorem viam« × »ad beatitudinem eternam, ad quam« etc.

f. 98^a—169^a **Nicolai de Dinkelspühel Sermones de X praeceptis.** (Continuatio materiae f. 51^a—54^b inchoatae) × subscriptio excisa est. Registrum v. in 2 ff. praeligatis.

f. 169^b—173^b Supplementa sermonum praecedentium.

f. 174^a—191^b **Honorii (Augustodunensis) Tractatus de cognitione vitae.** »Sapiencia dei« × »ad summum bonum perducat. Finis Honorii de cognicione vite.«

f. 192^a—193^b **Eiusdem Tractatus de libero arbitrio.** »Gotyscalcho fide et opere sudanti« × »sine fine requiescunt. Explicit etc. u. s. Pomoz myla panno Maria do Czech.«

f. 193^b—197^a **Eiusdem**: **Quid vasa honoris et quid vasa contumeliae.**

f. 197^a—198^b »Claustralis vita est ab ipso domino instituta.«

f. 199^a—206^a **Honorii Quaestiones**: 1) utrum monachis liceat praedicare, 2) utrum deus localis sit, 3) utrum anima localis sit, 4) utrum homo crearetur, si angelus in caelo perstitisset, et aliae.

f. 206^b—215^a **Eiusdem** »**Summa gloria**«. »Pusilli gregis Christi« × »introire valeamus«.

f. 215^b—220^a **Eiusdem Scala caeli.** »Frequenti meditacione« × »quo apostolus pervenire poterit.«

f. 220^b—235^a **Eiusdem** »**Inevitabile**«. »Fratres in domo dei« × »in consorcio illorum inveniat.«

f. 235^b—236^a De IV sensibus s. scripturae.

f. 237^a—268^b **Tractatus prioris cuisdam ord. Carthus. de tribus votis religiosorum.** »Nolite diligere mundum« × »pertingere valeamus. Expl. tract. prioris quondam domus Hollandie (?) ord. carth. de tribus v. r.« (Subscriptio cultro laesa.)

f. 269^a—275^b **Henrici de Hassia Tractatus de proprietariis.** »Pro salute eorum« × »quantum eis opus est in Chr. Jesu.«

f. 276^a—279^b (anepigr.) **Johannis Gersonis Tractatus de communione sub utraque editus Constantiae a. 1417**, 20. Aug. (Hardt III, 766 sq.).

Ut docet tabula contentorum in operculo superiore, in fine evulsus est quidam Tractatus M. Simonis de Tissnow de communione. Ex monasterio Třebonensi.

2383 *XIII. G. 16.*

chart. saec. XV ff. 197, 22 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—66ª **(Cyrilli episcopi) Quadripartitus apologeticus.** »Secundum Arist. sentenciam in Probleumatibus« × »et hiis digestis quievit. Expl. quadr. apol. per manus Idem« (sic).

f. 67ª—137ª **Guidonis de Monte Rotherii Manipulus curatorum.** »Sciendum est autem« × »corrigat et emendet.« (III. pars desideratur.)

f. 138ª—177ᵇ (inscriptio evulsa) **Tractatus de officiis sacerdotalibus.** »Ad laudem dei et animarum salutem« × »caucius sit abstinere.«

f. 178ᵇ—197ª (inscriptio mutilata) **Andreae de Escobar Regula decimarum.** »Decimarum solucione« × finis et subscriptio desunt folio ultimo truncato.

Operculo super. adligatum est fragmentum membr. codicis canonico-iuridici saec. XIII/XIV, in quo occurrit nomen (possessoris saec. XV) »Jacobus de Znoyma«. Eodem saec. exeunte codex erat »Trzebonensium fratrum«, a. 1609 bibliothecae Rosenbergicae, deinde iterum monasterii Třebonensis.

2384 *XIII. G. 17.*

chart. saec. XV ff. 125, 22 × 15·5 cm. 2 m.

f. 1ª—40ᵇ **(Thomae de Aquino) Commentarius in cantica canticorum.** »Salomon inspiratus« × »mercedem consequantur. Expl. liber canticorum per manus A. etc.« (sic).

f. 41ª—47ᵇ **(Jacobi de Misa) Auctoritates super communione sub utraque specie concilio Constantiensi transmissae de Bohemia.** »Cenantibus autem illis« × »ponitur ultimo dist. IX. Expliciunt auctoritates« etc. u. s. (Cf. Hardt III, 804 sq.)

f. 47ᵇ—65ᵇ »Sequuntur **super eisdem auctoritatibus auctoritates, soluciones et conclusiones per magistros Parisienses edite et per concilium approbate** ut supra. Compilator libelli postquam premiserat« × »universo suo non congruens. Expliciunt« etc. (subscriptio cultro valde laesa. Auctoritates hae apud Hardt III, 826 attribuuntur **Mauritio de Praga.)**

f. 66ª—125ª Excerpta de diversis operibus super diversas materias theologicas.

Operculis adligatum est fragmentum membr. instrumenti publici notarii Johannis nati quondam Henslini de Miliczin super procuratorio Erasmi de Obrzienicz clerici Pragensis dioeceseos saec. XIV/XV. In eodem fragmento verso haec nota occurrit: »Liber monasterii et domus Nove fundacionis dei genitricis virginis Marie canonicorum regularium ord. s. Aug. in Borowan.« A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, postea iterum monasterii Borovanensis.

2385 *XIII. G. 18.*

chart. saec. XV (a. 1456—1481) ff. 279, 20·5 × 14 cm. 1 m.

f. 1ª—42ª **Gualteri Burlaei Tractatus de vita et moribus philosophorum veterum.** »De vita et moribus« × »in artibus liberalibus. Et sic est finis de vita philos. scriptus per me **Crucem de Telcz in Sobieslavia** in scolis dum fui pro socio.«

f. 42^a Versus de sententiis VII sapientum de arte spiritualis medicinae, de miseria carnis.

f. 42^b—70^b **Johannis Guallensis Breviloquium de IV virtutibus cardinalibus antiquorum philosophorum.** »Quoniam ut dicit Salomon« ✕ »habere quod amas. Explicit de moribus philosophorum per quatuor virtutes cardinales per me **Crucem de Telcz in Plzna** in domo capellanorum a. **1469.**«

f. 71^a—105^a »**Cyrilli episcopi, poete laureati, Quadripartitus apologeticus.**« »Secundum Aristotelis sentenciam« ✕ »et hiis digestis quievit. Expl. quadr. apol. Cirilli alias Gwidrini finitus per **Crucem de Telcz in Sobieslaw a. 1456.**«

f. 105^a—107^a Senecae (recte **Martini Braccarensis**) **Liber quatuor virtutum.** »Quatuor virtutum species« ✕ »contempnat ignaviam. Expl. Seneca etc. per **Crucem de Telcz a. 1456 in Sobieslaw.**«

f. 107^a **Epitaphium Benessii de Strakonicz dicti Briccii** (»Beness z Strakonicz rzeczeny Brictius«).

f. 107^a—109^b **Isidori Hispalensis Liber de norma vivendi.** »Age fili, ut oportet« ✕ »despicias«.

f. 109^b—111^a Excerpta varia theologica.

f. 111^a—114^b **S. Augustini Liber de ecclesiasticis dogmatibus.** »Credimus unum deum« ✕ »in moribus invenire. Expl. Aug. etc. finitus in Sobieslaw per **Crucem de Telcz a. 1456** fer. II post Letare.«

f. 114^b—115^a »Epistola cuiusdam Simonis de X nominibus domini.«

f. 115^a—118^b **Alani ab Insulis Anticlaudianus (enucleatus).** »Magister Alanus quondam peritus« ✕ »Expl. Al. per **Crucem de Telcz a. 1456 in Sobieslaw.**«

f. 119^a—119^b **Roberti episc. Lincolniensis (?) Disputatio inter corpus et animam (versificata).** »Vir quidam extiterat« ✕ »nil est horribilius.« Cf. infra f. 275^b.

f. 119^b—120^b »**Epistola de die dominica celebranda apocrypha.**« Cf. Röhricht in Ztsch. f. KG. XI, 436.

f. 120^b—123^b **Vita Pilati.** »Quondam fuit pulchra civitas« ✕ »ventus illius submersi cessavit.«

f. 123^b—124^a **Prophetia Methodii episc. et mart. Patarensis ecclesiae.**

f. 124^b Excerpta ex revelationibus s. Brigidae.

f. 125^a—144^b **(Rolandi de Comitibus)** »**Viridarium consolacionis**«. »Quoniam, ut apost. Petrus ait« ✕ »Expl. vir. cons. per manus **Crucis de Telcz** finitum in scola **Sobieslaviensi a. 1456** fer. III post fest. s. Procopii.« Cf. cod. VIII. E. 21. f. 141^a.

f. 145^a—168^a »**Manuale cuiusdam ad quendam**« (sic). »Non ignoro, quante te familiaris rei« ✕ »creavit, recreavit. Expl. manuale bonum et utile.«

f. 168^b »Sacra scriptura quatuor habet partes« (de quadruplici expositione s. scripturae).

f. 169^a—173^b Auctoritates proverbiorum Salomonis.

f. 173ᵇ—176ᵇ Notae theologicae variae.

f. 176ᵇ—177ᵇ Expositio orationis dominicae.

f. 177ᵇ—180ᵃ Excerptum ex libro s. Bernardi de confessione.

f. 180ᵃ—183ᵃ **Innocentii papae III Libellus de miseria conditionis humanae.** »Tedet animam meam« × »in regno patris eorum.« (Est particula tantum.)

f. 183ᵇ—184ᵃ **S. Augustini Sermones duo de die iudicii.**

f. 184ᵇ—186ᵃ Tractatus de vitiis et virtutibus.

f. 186ᵃ—192ᵇ Notae et excerpta varia theologica.

f. 193ᵃ—193ᵇ Nota de religiosis.

f. 194ᵃ—198ᵃ **»Tractatus Augustini (?) de videndo deum.«** »In interiori homine« × »qui custodit eam.«

f. 198ᵇ—205ᵃ **Eiusdem** »Meditaciones« (= **Manuale**). »Quoniam in medio laqueorum« × »Explicit manuale b. Aug., qui liber eciam de salute anime intitulatur, finitus in die Longini per **Crucem de Telcz a. 1456.**«

f. 205ᵇ—208ᵇ »Collecta de sermonibus et libris b. Bernardi de diversis materiis tractancia.«

f. 209ᵃ—209ᵇ »**Jubilus s. Bernardi**«: »Jesu dulcis memoria«.

f. 209ᵇ—211ᵇ Colloquium s. Mariae et Anselmi de passione Chr.

f. 211ᵇ—218ᵇ **(Henrici de Frimaria) Tractatus de IV instinctibus.** »Semen cecidit in terram bonam« × »conregnabitis. Expl. tract. curialis de instinctibus.«

f. 218ᵇ—227ᵃ **»Tractatus de VII gradibus amoris«** (**Gerardi Zutphaniensis** Tract. de spiritualibus ascensionibus). »Beatus vir« × »frequenter revolvere.«

f. 227ᵃ—227ᵇ Historia de muliere vagabunda, quae hostiam consecratam in arbore posuit.

f. 227ᵇ—228ᵇ »De s. Bartholomeo unde traxit originem.«

f. 229ᵃ—238ᵃ (anepigr.) **Tractatus de articulis fidei.** »Si deus est animus« × »nil temere credideris B. C. D. per totum etc.« (sic!)

f. 238ᵃ—239ᵃ »**Dicta Sibylle mage.**«

f. 239ᵃ—239ᵇ **(Wipponis presbyteri) Proverbia centum.** »Incipit inventum« × »quo vocat illos pater.« (ed. Pertz Mon. SS. XI. 245.)

f. 239ᵇ (anepigr.) Proverbia quaedam cuiusdam »metriste«.

f. 240ᵃ—247ᵃ **Johannis Boccacii Historia de Walthero et Griselide a Francisco Petrarcha in latinum sermonem redacta.** (Post epistolam Petrarchae ad Boccacium:) »Est ad Ytalie latus« × »rustica hec muliercula passa est. Explicit pia historia Griseldis.«

f. 247ᵃ—247ᵇ Notae de mensura terrae.

f. 247ᵇ—248ᵇ **»Enigmata algorismi.«** »Est autem numeracio« × »septimo die investigabit.«

f. 248ᵇ—251ᵃ **Bernardi Claraevallensis Tractatus de formula vitae (noviciorum).** »Petis a me, mi frater« × »boni operis dietam. Explicit Bernardus de noviciorum formula.«

f. 251ᵃ Nota de fide et auctoritate »Passionalis«.

f. 251ª—251ᵇ **Versus de conflictu virtutum ac vitiorum.** »Vos qui sub Christo« ╳ »celestis ianua regni.«

f. 351ᵇ Martini (Dumiensis) Epistola ad Mironem regem (in fronte operis »Formula honeste vite«).

f. 252ª—262ᵇ **Liber Tobiae cum prologo s. Hieronymi.**

f. 262ᵇ—263ª **Ludibrium grammaticum (seu Historia) de »Nemine«.** »Erat vir in oriente nomine Nemo« ╳ »Nemo ascendit in celum, nisi qui de celo descendit.«

f. 264ª—275ª **»Descripciones diversarum rerum« ordine alphabetico.** »Anulus principio caret« ╳ »Hoc tibi domine Crux, quod mihi dares sexternum.«

f. 275ª—275ᵇ **Juramentum episcopo Olomucensi a clericis confirmandis praestitum.**

f. 275ᵇ—277ª **(Visio Philiberti** seu) »**Altercacio inter corpus et animam.**« »Vir quidam exstiterat« ╳ »sed ut suis merear iungi deum oro.« (Carmen integrum, cuius pars supra f. 119ª attribuitur Roberto episc. Lincolniensi, ed. Karajan, Frühlingsgabe, Wien 1839.)

f. 277ª **Fulberti Carnotensis Versus de castitate.**

f. 277ᵇ **Versus de vanitate et contemptu mundi.** »Versor in hoc mundo« ╳ »sed adhuc volo sicut et olim. Explicit cuiusdam de van. et cont. mundi. **Crux de Telcz a. 1481 in Trzebon.**«

f. 278ª—278ᵇ **Mag. Petri Versus de mundi contemptu.** »Cum vigili cura« ╳ »ponar ymago. Expl. **1481.**«

f. 278ᵇ—279ª **Eiusdem Versus de simoniae vitio.** »Signat Musa Petri« ╳ »uterque cathenas. Explicit de simonia Petri magistri edicio.«

In operculo super. annotata est series contentorum manu ipsius Crucis de Telcz. Codex a. 1609 erat bibliothecae Rosenbergicae, deinde monasterii Třebonensis.

2386 *XIII. G. 19.*

chart. saec. XV (cca 1462) ff. 263, 21·5 ╳ 15·5 cm. 1 m.

f. 1ª—220ª (**Adami**) **Summula de summa Raimundi versificata cum commentario.** (Comment.:) »Ignorancia facti non iuris excusat« (versus:) »Summula de summa reimundi« ╳ »pervenire mereamur« etc.

f. 222ª—263ᵇ **Henrici Septimellensis Elegia** (= »**Pauper Henricus**«) **cum notis marginalibus.** »Quomodo sola sedet« ╳ »qui fuit arte sequens. **1462.**« (Ed. Leyser p. 453 sq.)

Codicem recens. Schulte Canon. Hdsch. p. 50. A. 1609 codex erat bibl. Rosenbergicae, postea monasterii Třebonensis.

2387 *XIII. G. 20.*

membran. a. 1489 ff. 140, 20·5 ╳ 16 cm. 1 m.

Martyrologium cum Necrologio monasterii Chotěšsoviensis saec. XV—XVII.

f. 140ᵇ »Finis huius operis **1489** per me **Simonem de P . . na**« (fort. **Plana**).

Sine dubio ex monast. Chotěšoviensi.

2388 *XIII. G. 21.*

chart. saec. XVII et XVIII ff. 92, 20 × 15·5 cm. d. m.

Necrologium ord. Capucinorum provinciae Austriacae saec. XVII et XVIII.

Nota in fol. praeligato: »Hic catalogus mortuorum spectat ad sacristiam s. Annae« (Budvicii?). Aliud necrologium Capucinorum saec. XVIII descriptum v.: XII. G. 18. b. Fortasse ex conventu Capuc. Budvicensi.

2389 *XIII. G. 22.*

membran. saec. XIV/XV ff. 18, 23·5 × 16·5 cm. 1 m.

Benedictionale notis musicis instructum, initio et fine carens.

Operculo superiori nudo manu saec. XV inscriptae sunt interrogationes bohemicae ad testes baptismatis dirigendae.

2390 *XIII. G. 23.*

membran. saec. XIII in. (ante a. 1224) ff. 85, 24 × 17 cm. 1 m.

Collectarius praecedentibus notis computisticis et calendario cum anniversariis quorundam Franciae regum et principum.

Utrum codex hic apud nos an extra Bohemiam exaratus sit, difficile est diiudicatu; nam cum in praecedente calendario festum s. Venceslai rubricatum sit, occurrunt in eodem calendario anniversaria regum et principum Franciae (atqui certe unum est Nicolai episc. Pragensis). Certum vero est 1. codicem exaratum esse ante a. 1224, ad quem primum notae computisticae spectant, 2. iam saec. XIV obtigisse monasterio Plasensi; ubi permansit usque ad abolitionem.

2391 *XIII. G. 24.*

chart. saec. XVIII ff. 9 + pag. 367, 23 × 16 cm. 2 m.

f. 1a—9b & p. 1—280 **S. Francisci Assisiatis Opuscula** olim a L. Waddingo collecta . . . nunc **in Enchiridion redacta . . . (a fr. Ludovico Cavalli) Lugduni a. 1637. (Apographum.)**

p. 281—327 **Vera et dilucida explicatio praesentis status totius Seraphicae Fratrum Minorum religionis . . . per fr. Bonitum Combasson . . . Viennae Austriae,** typis J. J. Kürner, **1710. (Apographum.)**

p. 328—367 (anepigr. exciso tituli folio) Benedictiones et exorcismi.

2392 *XIII. H. 1.*

membran. saec. XIV in. ff. 273 num. (— 1, quod excidit), 15 × 10·5 cm. d. m.

Sermones diversi, notae theologicae variae, auctoritates, moralitates etc.

Memoratu dignior videtur esse nota inserta f. 62b: **Festa in dioecesi Pragensi celebranda.** »Hec sunt, que populus Pragensis dyocesis celebrare debet« × »fora prohibentur.«

2393 *XIII. H. 2.*

membran. cca a. 1440 ff. 265, 14·5 × 10 cm. 1 m. cum init. et imag. pict.

Breviarium particulare seu Horarium, quo continentur:
f. 1ª—26ᵇ Cursus de passione Christi.
f. 27ª—40ᵇ **Clementis papae VI Horae de passione b. Mariae Virginis.**
f. 41ª—136ᵇ **Horae canonicae congestae per M. Laurentium de Brzezova.**
f. 137ª—148ᵇ **(Francisci) Petrarchae poetae laureati Septem psalmi (poenitentiales).**
f. 149ª—162ᵇ **Eiusdem Septem psalmi contra septem mortalia peccata.**
f. 163ª—170ª Vesperae defunctorum.
f. 170ª—265ᵇ Vigiliae et orationes. In fine: »A. d. Millesimo Quadr. . . . . . Quadrag. . . . (in vi)gilia s. Viti martiris gloriosi Pragensis ecclesie patroni« (subscriptio excisione mutilata).

2394 *XIII. H. 3. a.*

membran. saec. XV (cca 1450) ff. 121, 15 × 10 cm., 1 m. cum init. pict.

Liber precum (in fine mutilus).

2395 *XIII. H. 3. b.*

membran. a. 1477 ff. 249, 13 × 8·5 cm. 1 m., cum init. et imag. pict.

f. 248ᵇ—249ª »**Orationale, horas de s. trinitate mutationes cursuum de b. virgine nec non alias orationes in se continens,** scriptum in castro Glacensi per **Sigismundum Span de Bernsstein** sibi ipsi sub a. d. **1477** fer. IV post festum Simonis et Jude apost. explicit foeliciter.«
A. Baum (Pam. arch. 1890 p. 22) codicem hunc usui dom. de Pernstein fuisse affirmat.

2396 *XIII. H. 3. c.*

membran. saec. XIV in. ff. 281, 13 × 10 cm. 1 m.

Processionale perpetuis notis musicis instructum (ut videtur monialium s. Georgii in castro Pragensi). Rec. Dreves, Cant. boh. p. 23.
Operculo super. adglutinata est **Icon xylographica saec. XV repraesentans quinque vulnera Christi.** Sine dubio ex monast. s. Georgii in castro Prag.

2397 *XIII. H. 3. d.*

membran. saec. XIV ff. 410, 11·5 × 8·5 cm. 1 m.

Breviarium praecedente calendario (in quo nomina mensium bohemice sic redduntur: »leden, vnor, brziezen, duben, yzoc, czirwen, czrwen, brziezen (sic), zarzyug, rzyugen, listopad«).
Ex collegio S. J. Crumloviensi.

2398 *XIII. H. 3. e.*

membran. saec. XIV ff. 207, 12·5×9·5 cm. 1 m.

Psalterium secundum horas canonicas digestum.

Notae germanicae marginales de efficacia psalmorum singulorum ita expalluerunt, ut legi non possint.

2399 *XIII. H. 3. f.*

membran. saec. XV ff. 304, 12·5×9 cm. 1 m.

Breviarium praecedente calendario (quo edocemur librum extra Bohemiam exaratum esse).

Ex collegio S. J. Crumloviensi.

2400 *XIII. H. 3. g.*

membran. saec. XV-XVI ff. 92, 12·5×9 cm. 1 m.

Psalterium rubricis germanicis passim instructum et horis canonicis adaptatum.

2401 *XIII. H. 3. h.*

membran. saec. XIII/XIV ff. 91, 13×9 cm. d. m.

f. 1ª—46ᵇ **Alberti (Magni)** Ratispon. episc. **Compendium super Ave Maria.** »Loqui cupiens« × »quam nostre resurreccionis. Expl.« etc. u. s.

f. 47ª—55ᵇ **S. Anselmi Colloquium cum b. virgine de passione Christi.** »Sanctus Anshelmus longo tempore« × »compaciebantur ei. Explicit de passione dom. revelata a b. v. Maria b. Anshelmo.«

f. 56ª—62ᵇ **Psalterium b. virginis Mariae** (carens fine).

f. 63ª—74ᵇ (anepigr.) **Vocabularius metricus.** »Aula vel atria« × »edisserit atque retaxat« (cetera desunt).

f. 75ª—79ª (anepigr.) **Algorismus metricus cum notis marginalibus.** »Hec algorismus presens« × »scies productum compositorum.«

f. 79ª—88ᵇ »Incipit **Compotus**« **(ecclesiasticus Johannis de Sacrobosco).** »Licet modo in fine« × »sed quoque ponas. Explicit deo gracias.«

f. 88ᵇ—90ª Notae variae computisticae et arithmeticae.

f. 90ª—91ᵇ »Nota de signis, quid contingat sub quolibet signo natis.« (Finis deest.)

Ex monasterio s. Coronae Spineae ord. Cisterc.

2402 *XIII. H. 3. i.*

membran. a. 1452 ff. 279, 12×8 cm. 1 m. cum init. pict.

f. 1ª—205ª **Psalterium seu Horarium cum canticis.**

f. 206ª—214ᵇ »Cursus de domina.«

f. 214ᵇ—230ᵇ Proprium de sanctis.

f. 231ª—241ª »Cursus de passione domini.«

f. 241ᵇ—254ᵃ Prosae et orationes variae.
f. 255ᵃ—265ᵃ »**Septem psalmi b. Augustini.**« (In fine rubricatur a. **1452.**)
f. 265ᵃ—279ᵇ »Secuntur **Septem psalmi penitenciales** cuiusdam Franci de Patroco« (recte **Francisci Petrarcae**).

Nota in operculo superiore: »Ten psalterz od Jana Donotina wdluhu 4 sex. wzat od Adama Nowaka letha 1619«.

2403 *XIII. H. 3. k.*

membran. saec. XVII ff. 247 num. (—6 quae excid.), 10·5 × 8 cm. 1 m.

Breviarium usui monialium cuiusdam monasterii adaptatum (ut docet formula confessionis in fine adscripta).

2404 *XIII. H. 3. l.*

membran. saec. XV ff. 399 (+ 5 chart.), 9·5 × 7 cm. 2 m.

Breviarium »diurnale« in media parte rubricis germanicis passim instructum.

2405 *XIII. H. 3. m.*

mixtus saec. XV/XVI ff. 172, 10 × 7 cm. d. m. cum init. pict.

Breviarium cuiusdam monialis.

Libro insertae sunt f. 102ᵇ—121ᵇ preces germanicae post confessionem dicendae (**Gebet »noch der peychte«**).

2406 *XIII. H. 3. n.*

membran. saec. XIV ff. 257, 9·5 × 7·5 cm. d. m. cum picturis.

Breviarium praecedente calendario (carens initio et fine).

Cum in calendario occurrant anniversaria regum Angliae et Franciae, liber extra Bohemiam scriptus esse videtur.

2407 *XIII. H. 3. o.*

mixtus saec. XV/XVI ff. 145, 9 × 7·5 cm. 1 m.

Breviarium monialis cuiusdam.

2408 *XIII. H. 3. p.*

mixtus. saec. XV/XVI ff. 95, 9 × 7 cm. 1 m.

Breviarium cuiusdam monialis.

2409 *XIII. H. 3. q.*

membran. saec. XV ff. 60, 9 × 7 cm. 1 m. cum init. pict.

Cursus de s. Anna.

2410 *XIII. H. 3. r.*

membran. saec. XV ff. 275, 7·5 × 5·5 cm. d. m.

Breviarium monialium s. Clarae Crumloviensium, rubricis germanicis passim instructum.

Sine dubio ex monast. s. Clarae Crumloviensi.

2411 *XIII. H. 3. s.*

membran. saec. XIV et XV ff. 421, 7·5 × 5·5 cm. 2 m.

Breviaria duo coadunata.

Operculo infer. adglutinata est **Icon xylographica colorata saec. XVI repraesentans s. Barbaram.**

2412 *XIII. H. 4.*

membran. saec. XIV ff. 127, 9 × 6·5 cm. 1 m.

Lectionarium epistolarum et evangeliorum per circulum anni.

Ex bibliotheca monasterii S. Coronae.

2413 *XIV. A. 1.*

membran. a. 1470 ff. 288, 65 × 44 cm. 1 m., cum init. pict.

Graduale civitatis Gurimensis perpetuis notis musicis instructum.

f. 1ª hi versus a librario et illuminatore inscripti sunt: »Cum Christus, deus et homo, de virgine natus, Prodiit millesimus quadringentesimus annus Septuagesimus, qui tunc hoc eo tempore fluxit, Monstrat, quem felicem hic codex exitum sumsit. Hunc **Johannes Mikus** fecit **de Hradecz** ortus Albea subtus manante, insuper operam dando Illuminavit, ut sit velut purpura tinctus. At quicunque librum inspectas, voce sonora Astripotenti deo dum tonans fundis precatus, Non dedigneris mei memor te fore queso.«

Cum in inscriptione ista civitatis Gurimensis nulla fiat mentio, maxime dubium est, an codex pro eadem scriptus sit; certum autem est codicem eiusdem civitatis saec. XVI fuisse, ut testatur civis quidam Gurimensis in operculo superiore. In operculo inferiore exaratus est index contentorum officiorum, cuius in fine notatur a. 1573, bohemice vero additur summa foliorum totius libri 315. Praeclarum codicem hunc recens. K. Chytil, Vývoj miniat. mal. za doby Jagellonské p. 5 sq.

2414 *XIV. A. 2.*

membran. a. 1507 ff. 219 num., (sed falso, recte 207), 60 × 41 cm. 1 m cum init. pict.

Graduale speciale (Franciscanum?) **perpetuis notis musicis instructum.**

f. 1ª (rubric.) »In nomine s. ac indiv. Trinitatis inceptum est hoc speciale graduale in profesto s. ducisse Slezitarum Heduigis **1507.**« Se-

quitur institutio de huiuscemodi libris scribendis directa fratribus, quae docet librum in quodam monasterio exaratum esse.

2415 *XIV. A. 3.*

membran. saec. XV ff. 172, 40 × 29 cm. 1 m., cum init. pict.

Missale secundum rubricam Pragensem.

2416 *XIV. A. 4.* (*Y. II. 2. n. 10.*)

membran. saec. XVI (a. 1570?) ff. 30, 39 × 28 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—8ᵇ **Statuta collegii Karoli Quarti.**

f. 9ᵃ—14ᵃ »De auctoritate praepositi et officio collecta ex statutis antiquis a. 1528« × »auctoritatem habebit. Finis statutorum.«

f. 15ᵃ—30ᵃ **Statuta officii rectoratus academiae Pragensis.**

Magnam partem codicis huius evulgavit A. Voigt Act. lit. II, 71 & 222. Statutorum rectoratus codex hic non continet purum apographum codicis antiquioris XIV. D. 25, sed ab eo passim discrepat. Item non a. 1528 exaratus esse videtur sed a. 1570, qui annus subiunctus est imagini utrique operculo auro impressae, quod omnes, qui de codice disserebant, fugisse videtur. Ex coll. S. J. Clement., ubi in cubiculo rectoris asservabatur.

2417 *XIV. A. 5.* (*Y. II. 2. n. 3.*)

membran. a. 1470 ff. IV + 307, 38 × 26 cm. 1 m., cum init. pict.

Homiliae veterum patrum de tempore et de sanctis, quibus (ut praecedens prologus et tabula indicant) insertae sunt integrae **XL Homiliae Gregorii papae I.**

f. 307ᵃ »Expliciunt omelie per anni circulum . . . scripte in monasterio s. Spiritus in Oywin . . . a. d. **1470.**«

2418 *XIV. A. 6.*

membran. saec. XIV ff. 445, 39 × 26 cm. 1 m. cum init. pict.

Biblia sacra veteris et novi testamenti cum prologis et interpretatione nominum hebraicorum in fine.

Praeclarus codex hic extra Bohemiam scriptus esse videtur, ut innuit fragmentum membr. instrumenti publici notarii Bertoldi Volperti, in quo nominantur clerici dioecesis Rigensis et inserta est bulla Urbani VI a. 1387 data. Si habitum et ornatum cod. XIV. A. 8 contuleris, etiam hunc codicem in monasterio Segebergensi exaratum esse facile tibi persuadebis. Unde bibliothecae Rantzovianae codicem obtigisse veri simillimum est. A. 1733 codex inscriptus erat catalogo domus professae S. J. Pragensis.

2419 *XIV. A. 7.*

membran. saec. XIV ff. 376, 38 × 28 cm. 2 m. cum init. pict.

Vitae sanctorum.

(Indigestae huic collectioni insertae sunt etiam vitae patronorum Bohemiae, f. 15ᵃ Procopii (ed. Fontes I. 361 sq.) f. 150ᵃ translatio s. Adal-

berti, f. 197ᵇ s. Ludmilae (ibidem I, 144) cum translatione »Recordatus«, f. 223ᵇ s. Wenceslai »Inclitam et gloriosam« cum translatione.)

Nota in fol. praeligato: »Residentiae Vetero-Boleslaviensis S. J. a. 1665 ex legato illustr. et rever. dom. Danielis . . . episcopi . . . suffragani Pragensis« (? Nota radendo valde laesa).

2420 2421 *XIV. A. 8.*

Codices duo membran. saec. XIV ff. (a) 303, (b) 355, 35 × 25 cm. 1 m cum init. pict.

Biblia sacra veteris et novi testamenti cum prologis s. Hieronymi (integra). (Ordo librorum veteris testamenti ab ordine vulgato valde discrepat).

In codice **a** haec praecedunt:

f. 1ᵇ »Quadraginta due mansiones Israelitici populi«, »disposicio tribuum et Levitarum«, »figura civitatis Jerusalem«.

f. 2ᵃ—5ᵇ »**Promptuarium biblie**« (Conspectus genealogicus et chronologicus historiae biblicae). Sequitur folium unum non num. truncatum.

Codices saec. XV erant monasterii canon. regul. in Segeberge, saec. XVI »Henrici equitis cognomine Rantzau«, a. 1691 domus professae S. J. Micro-Pragensis.

2422 *XIV. A. 9.*

chart. a. 1670—71 ff. 246 (pp. 336 + 156), 39 × 25 cm. 2 m.

Psalterium monasterii Sedlecensis digestum per hebdomadam iuxta ritum s. ordinis Cisterciensis cum canticis et hymnis.

p. 287: »Finis psalterii **1670** 9. sept. per F. R. T. P. P. et tunc temporis indignum hospitem in monasterio Sedlicensi.«

p. 141 (hymnarii) »A. **(16)71**. 23. Jun.«

Ex monast. Sedlecensi.

2423 *XIV. A. 10.*

membran. saec. XIV ff. 250, 37·5 × 26 cm. 1 m., cum init. pict.

Thomae de Aquino (Summa philosophica) de veritate catholicae fidei contra errorem infidelium.

f. 1ᵇ »Veritatem meditabitur guttur meum« × f. 250ᵇ »exultabitis usque in sempiternum.« (Ad calcem.) »Explicit quartus liber et per consequens totalis tractatus a s. Thoma de Aquino editus, qui dicitur contra gentiles.« Ibidem haec nota rubricata est: »Liber monasterii domus s. Egidii canonicorum regularium in Witignaw alias in Trzebon comparatus per nobiles dominos de Rosemberg primos ipsius monasterii fundatores.«

A. **1609** codex erat bibl. Rosenbergicae, ex qua restitutus est monasterio praefato.

2424 *XIV. A. 11.*

membran. saec. XIV ff. 109, 36·5 × 25·5 cm. 1 m., cum init. pict.

f. 1ª—12ª **S. Augustini Epistola ad Comitem (spuria).** »O mi frater, si cupis scire« × »imperium et potestas in s. s. Amen.«

f. 13ª—17ª **»Epistola s. Hieronymi ad filiam Mauricii« (spuria).** »Quantam in celestibus« etc.

f. 17ª—18ᵇ **Expositio orationis dominicae.** »Pater noster . . . Divina ergo institucione« × »adversitas erit.«

f. 18ᵇ—19ᵇ **Expositio symboli.** »Simbolum grece, latine collacio« × »brevis esse debet et pura oracio.«

f. 19ᵇ—109ᵇ **S. Augustini libri XV de trinitate** (apographum, ut ipse scriba in margine annotat, incorrectissimum). »Domino beatissimo . . . pape Aurelio« × »Amen contuli in Christi nomine. Explicit his verbis textus summe trinitatis.«

A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, postea monasterii Třebonensis.

2425 *XIV. A. 12.*

membran. saec. XIV/XV ff. 431, 55·5 × 38 cm. 1 m., cum init. pict.

f. 1ª—324ᵇ **C. Plinii Secundi Historia naturalis.**

f. 324ᵇ—379ᵇ **Plinii (Valeriani) Physicae libri IV.** »Frequenter michi in peregrinacionibus accidit« × »assumpta meditari. Explicit liber quartus phisice plinii. Incipit« . . .

f. 379ᵇ—383ᵇ **Eiusdem Liber diaetarum.** »Igitur cibos accipiant« × »expectacione medicorum.«

f. 383ᵇ—384ª »Prognosticon lune de infirmis«. Item »Prognosticon super infirmis.«

f. 384ª—385ª **»Liber urinarum.«** »Si extra solitum urina candida fuerit« × »Urina tenu nebylo wiecz.«

f. 385ª—387ª Confectiones et unguenta.

f. 387ª—390ª **Plinii** Secundi (recte **Valeriani) Liber sumendorum ciborum.** (Epistola ad Titum imperatorem:) »Qualiter omnes cibi« × »et albe similiter faciunt«.

f. 390ª—393ª »Nomina herbarum sive aliarum rerum phisicalium.«

f. 393ª—431ª **C. Plinii Caecilii Secundi Epistolae.** (Ex hoc codice edid. F. N. Titze Pragae 1820, qui etiam codicem nostrum accurate descripsit).

Grandis codex hic, ut docent notae bohemicae passim occurrentes, a quodam Bohemo exaratus liberalitate senatus Antiquae Urbis Pragensis academiae Carolinae obtigisse videtur, quae usum eius a. 1538 celeberrimo Phil. Melanchthone deprecatore typographis Basiliensibus concessit (Acta decan. II, 319). Ab a. 1620 ab eodem senatu integerrime custoditus denuo a. 1783 donatus est bibliothecae universitatis Pragensis, ut testantur literae folio praeligato inscriptae. (Cf. Hanslik 605.)

2426 *XIV. A. 13.*

Codex membran. saec. XI ex. ff. 108, 41·5 × 34 cm., per extensum una manu literis capitalibus, quibus tamen passim immixtae sunt unciales,

nitidissime exaratus, lit. init. pictis et deauratis nec non crebris picturis totas paginas implentibus et primordia artis pictoriae in Bohemia repraesentatibus exornatus. Opercula lignea obducta stragulis acu pictis, quorum tantum inferius superest repraesentans Christum in solio sedentem prohdolor male servatum et valde laesum.

Evangeliarium ecclesiae Wyšehradensis.

De vetustioribus praestantissimi libri fatis nil apertius constat, nisi concedas fuisse ex numero codicum, quos a. 1130 Soběslaus dux ecclesiae Wyšehradensi donaverit, et inscriptionis saec. XIII (?) in operculo inferiore »de Wisegrad« rationem habeas. Fata recentiora his inscriptionibus f. 1ª illustrantur: I. saec. XVII ex. »Bibliothecae Dlauhowes« (= Dlouhoveskianae), II) saec. eodem ex. »Liber ecclesiae Wissehradensis acceptus autem ex bibliotheca Msta s. Met. Prag. ecclesiae«, III) »Nunc vero bibliothecae seminarii archiepiscopalis Pragensis id est a. 1728.« De celeberrimo hoc codice permulti disseruerunt, quos nominare supersedeo, cum his diebus integri codicis exemplaria arte typographica facsimilata cura Monsign. Lehner prodeant in lucem.

2427 *XIV. A. 14.*

Codex membran. saec. XIII ff. 150, 47 × 30 cm., diversis manibus nitide exaratus et rubricatus, lit. init. pictis exornatus, aliquot foliis passim excisis mutilus. Opercula lignea saec. XVI obducta corio fusco, cui auro impressa sunt insignia regnorum Bohemiae et Ungariae.

Flavii Josephi Antiquitatum Judaicarum libri I—XIII.

f. 150ᵇ absoluto libro XIII librarius hos obscuros versus addidit: »Anchora fige ratem, quoniam iam clamo, tu autem Orbita solaris plenissima facta laboris Ignorans lustro quid commisi tibi lustro Quod mihi te recolo nigro numerasse lapillo.« (Cf. Hanslik 605.)

Praeclarus hic codex ex bibliotheca regia provenisse videtur.

2428 *XIV. A. 15.*

membran. saec. XIV ff. 150, 44 × 31 cm. 2 m. cum init. pict.

Thomae Cantipratensis de natura rerum libri XX figuris pictis illustrati.

f. 1ª (Prologus) »Natura (sic) rerum in diversis auctorum scriptis« × f. 150ª (de cometa) »ad aliquid designandum accensus.«

Praecedit in fol. chart. praefatio P. Joa. Rohn bibliothecarii monast. S. Crucis Maioris Pragensis ad librum de natura rerum, qua de operis auctore edocemur (saec. XVIII). Cf. Sternberg, Pflanzenkunde I, 30. A creditoribus eiusdem monasterii aboliti a. 1784 librum hunc bibliotheca nostra redemit (Hanslik 604).

2429 *XIV. A. 16.* (*Y. II. 2. n. 14.*)

membran. saec. XIV—XVI.

Acta decanorum facultatis philosophicae universitatis Pragensis a. 1367—1585.

Codex hic, editus Mon. hist. univers. Car-Ferd. tomo I (1830), iussu c. r. ministerii divini cultus et publicae eruditionis cca a. 1890 depositus est in tabulario universitatis, ideo accurate describi non potest.

2430 *XIV. A. 17.*

Codex membran. a. 1314—21 ff. 36, 29·5 × 25 cm., una manu nitide exaratus et rubricatus, permultis picturis modo per totas modo per dimidias paginas diffusis elegantissime exornatus, sed multo usu et negligenti asservatione valde vitiatus, post f. 9 mutilus, tempore recentiore recompactus.

Passionale quod dicitur Cunegundis abbatissae picturis splendidissime illustratum.

Codice accurate examinato haec continentur:

f. 1ᵇ Pictura per totam paginam diffusa repraesentans Cunegundem abbatissam in solio sedentem adstante conventu et librum a fr. Colda de S. Clemente dictatore et **Benessio canonico S. Georgii** scriptore oblatum accipientem.

f. 2ᵃ—17ᵇ **Fr. Coldae, lectoris de S. Clemente ord. praed., Tractatus de strenuo milite.** (Prologus:) »Ex altissimo illustrium Boemie regum« × »datum Prage a. d. 1312 VI kal. Sept.« (Textus:) »Homo quidam nobilis« × »nunc in gloria vivit et regnat. Amen.«

f. 18ᵃ—31ᵇ **Eiusdem Breviloquium de mansionibus caelestibus.** »Post peregrinacionem igitur« × (epilogus ad abbatissam) »nunc opus de mansionibus celestibus quodam breviloquio infra biduum compilavi . . . istud a. d. 1314 . . . fer. III et IV infra octavas b. Dominici consumavi . . . regali germine decoratur. Valeat vestre ingenuitatis nobilitas in sec. sec. A.«

f. 32ᵃ—34ᵃ »**Sermo** s. **Leonis pape de passione domini in dominica palmarum.**«

f. 34ᵇ—36ᵇ (anepigr.) **Planctus b. Mariae Magdalenae cum vita eiusdem.** »Cum virgo beata mortem dolorosissimam« × »permanet in eternum.«

Cum praeclarus codex, si ad picturas spectemus, quae in f. 22 desinunt, imperfectus esse videatur, dubitari potest, an abbatissae ipsi viventi oblatus sit. Ideo supra posuimus annos 1314—21. Particulas opusculorum codicis huius ed. Dobner Mon. VI, 368 sq. De hoc artis pictoriae excellentissimo monumento permulti disseruerunt, cf. Památky archaeol. 1860, IV, 97, 1885, XIII, 2, Sitzgsber. d. K. b. Ges. d. W. 1863, II, 26, Krok 1864, Hanslik 606. Ex monast. S. Georgii in castro Prag, cf. cod. XVII. E. 48 f. 3ᵇ.

2431 *XIV. A. 18.*

membran. saec. XIV in. (ante a. 1322) ff. 82, 23·5 × 17·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—45ᵇ (anepigr.) **Tabulae astronomicae Toletanae.** »Medius cursus solis . . . ad medium Toleti« × »Tabula equacionis domorum in latitudine graduum 38.«

f. 46ᵃ—46ᵇ Tabula astronomica spectans ad a. 1322—1333.

f. 47ᵃ—52ᵇ Calendarium astronomicum cum notis marginalibus.

f. 53ᵃ—79ᵃ **(Abrahami Alzarchelis) Canones (tabularum Toletanarum).** »Quoniam cuiusque accionis« × »Et hoc erit deo volente, qui sit benedictus« etc. Sequuntur 6 versus de planetis.

f. 79ᵇ—82ᵇ Notae astronomicae et mathematicae.

Hanslik 612. Ex collegio S. J. Crumloviensi.

2432 *XIV. A. 19.*

membran. saec. XIV ff. 182, 36·5×26 cm. d. m., cum init. pict.

Breviarium usui canonicorum metropolitanae ecclesiae Pragensis (ut docent rubricae in f. 134 et 135) **adaptatum, notis musicis instructum.**

In operculo super. hic versus manu saec. XIV scriptus occurrit: »Arnoldus bigamus catulos erumna fugabit.«

2433 *XIV. A. 20.*

chart. a. 1809 ff. 20, 42×26 cm. 1 m. venuste pictus.

Icones plantarum selectarum in Bohemia sponte nascentium a W. A. Bennone Seidl. Pars I (20 tab.) **1809.**

Sequitur adumbrata imago **Josephi Godofridi Mikan**, prof. in universitate Pragensi, qui plantas has collegisse et nominibus suis instruxisse perhibetur. Liber hic a. 1837 bibliothecae nostrae donatus est.

2434 *XIV. B. 1.*

membran. a. 1662 ff. X+67 (=pp. 134), 41×31 cm. 1 m. cum init. pictis.

Liber collectaneus (sic pro: collectarum ad horas canonicas dicendarum) **scriptus ad usum patrum Cartusianorum** amplissimae novae domus **in Waldicio** sub . . . P. Francisco Herbst priore **a. 1662 a fr. Erasmo Krais Dantiscano.** Sequitur imago s. Brunonis et calendarium ecclesiasticum.

In codice hoc passim occurrunt litterae init. aeri incisae coloratae. Sine dubio ex carthusia Waldicensi.

2435 *XIV. B. 2.*

chart. a. 1668 ff. 157 num. +1 n. n. 40×28 cm. 1 m.

Graduale ad usum S. O. C. (= **sacri ord. Cisterciensis) descriptum Altovadi,** quod . . . pedibus humillime stravit b. virgini Sedlicensi nec non . . . P. Adalberto Gams, eiusdem monasterii abbati . . . **Fr. Paulus Harabule Sedlicii professus.**

In titulo hoc bis chronogrammatice expressus est a. **1668**, in operculo autem impressus est a. 1670. Ex monasterio Sedlecensi.

2436 *XIV. B. 3.*

chart. a. 1454 ff. 72, 40×28 cm. 1 m. cum init. pict.

f. 1ª (anepigr.) Tabula planetarum cum eorundem fortitudinibus.

f. 2ª—9ª **M. Prosdocimi de Peldemando Paduani Canones tabularum astronomicarum Jacobi de Dondis Paduani.** »Facta et ordinata sunt quam plurima« × »per totum scilicet residuum. Sic est finis horum canonum editorum per M. . . (nomen radendo deletum) de Peldemando Paduano a. 1426. Ego **Francíscus Sanuto** scripsi (hos canones) et complevi mensis Aprilis **1454** tempore concluse pacis.«

f. 9^b »Directorium pro inveniendo gradum ascendentem in horoscopo.«

f. 9^b—11^b (anepigr.) **Algorismus integrorum.** »Omnia, que a primitiva rerum origine« × »quam in cubitis.«

f. 11^b—13^a **Practica algorismi.** »Sciendum est duos esse numerandi modos« × »Expl. pract. algor. 1454 scripsi Bassano.« Sequitur: »De regulis multiplicandi atque dividendi in calculo« × »Scripsi die 10. Julii **1462**.«

f. 13^b—72^b (anepigr.) **Tabulae astronomicae Jacobi de Dondis Paduani.** (Titulum hunc sumpsi de prologo canonum Prosdocimi.)

Codice initio mutilato insuper alia opera mathematica olim continebantur, ut docet tabula folio praeligato inscripta.

2437 *XIV. B. 4.*

chart. a. 1677 ff. 232 (pp. 290 + 173), 40 × 27 cm. 1 m.

Psalterium digestum per hebdomadam iuxta ritum s. ord. Cisterciensis subsequentibus canticis et hymnario. In fine hymnarii: »Descriptum a. **1677** die 3. Marcii.«

Ex monasterio Sedlecensi.

2438—2440 *XIV. B. 5. a, b, c.*

Codices tres chart. saec. XVII ff. 71, 37 × 25 cm. 2 m.

Hymnaria tria verbis et notis musicis congruentia.

Fortasse ex monasterio Sedlecensi.

2441 2442 *XIV. B. 5. d, e.*

Codices duo chart. saec. XVII ff. 74 et 81, 39 × 25 cm. 1 m.

Psalteria duo verbis et raris notis musicis congruentia.

Fortasse ex monasterio Sedlecensi.

2443 *XIV. B. 5. f.*

chart. saec. XVII ff. 71 (= pp. 22 + 120), 42 × 27 cm. 1 m.

Responsoriale notis musicis instructum et horis nocturnis destinatum.

Fortasse ex monasterio Sedlecensi.

2444 *XIV. B. 5. g.*

chart. a. 1668 ff. 41, 40 × 25 cm. 2 m.

Hymnarium notis musicis instructum. Accedit a f. 29^a »Supplementum ad antiqua gradualia iuxta novissimam Cisterciensis Missalis recognitionem.« (Liber carens initio et fine.) A. 1668 in f. 26^b chronogrammatice expressus est.

Fortasse ex monasterio Sedlecensi.

2445 *XIV. B. 6.*

membran. saec. XV ff. 102, 36×26 cm. 1 m.

Antiphonarium perpetuis notis musicis instructum, carens initio et fine.

2446 *XIV. B. 7.*

membran. saec. XIV ff. 178, 33·5×23·5 cm. 1 m., cum init. pict.

S. Augustini Enarratio psalmorum 119—150.

f. 1ª »Incipit de psalmo 119. Brevis psalmus est« × f. 178ᵇ »omnis spiritus laudet dominum. Explicit favente deo liber psalmorum Aurelii Augustini episcopi.« Ibidem rubricatum est: »Liber monasterii domus s. Egidii canonicorum regularium in Witignaw alias in Trziebon comparatus per nobiles dominos de Rosemberg primos ipsius monasterii fundatores.«

Enarrationes psalm. 1—34 v.: XIII. B. 2. (pars I), enarrationes psalm. 51—68 v.: XIV. B. 11. (pars III). Ex monasterio Třebonensi.

2447 *XIV. B. 8.*

membran. saec. XIV/XV ff. 275, 33·5×25 cm. 1 m., cum init. pict.

Missale secundum rubricam Pragensem (canone tamen spoliatum).

In margine f. 261ª occurrunt orationes »contra haereticos« recentiori manu adiectae.

2448 *XIV. B. 9.*

membran. saec. XV ff. 238 num., 33×23 cm. d. m.

(Guilelmi Peralti) Summa vitiorum.

f. 2ª (initium operis deest) »miseriam huius servitutis« × f. 234ᵇ »tacere vero nunquam.«

f. 235ª—238ᵇ Registrum operis carens initio et fine.

Saec. XV codex erat »monasterii ord. canonicorum regularium in Segeberge Lubicensis dyocesis«, saec. XVI ex., ut docet monogramma et insigne in operculo super., Henrici equitis Rantzau, a. 1733 domus professae S. J. Micro-Pragensis.

2449 *XIV. B. 10.*

membran. saec. XV in. ff. 17, 35×22 cm. d. m.

Registrum censuum monasterii Spineae vulgo Aureae Coronae (ineditum).

Sine dubio ex monasterio S. Coronae.

2450 *XIV. B. 11.*

membran. cca a. 1379 ff. 159, 33·5×23·5 cm. 2 m.

f. 1ᵇ—138ª **S. Augustini Enarratio psalmorum 51—68.** (Pars III.) »Psalmus brevis est« × »semen servorum eius. Explicit de psalmo 68.«

f. 139^a—156^a **Eiusdem Tractatus de fide ad Petrum.** »Epistolam, fili Petre« X »deus revelavit.«

f. 156^a—157^a »Alia **Exposicio symboli secundum Augustinum.**« »Queso vos fratres« X »et profitendum est.«

f. 157^a—158^a **Eiusdem Homilia de symbolo et deitate et omnipotencia patris.** »Ostendimus fratres« X »perficere dignetur« . .

f. 158^a—159^a **Eiusdem Dicta de incarnatione.** »Hodie enim fratres« X »gracias agentes deo« . . .

Nota f. 159^a rubricata: »Liber monasterii domus s. Egidii canonicorum regularium in Vitignaw alias in Trzyebon comparatus per nobiles dominos de Rosemberk primos ipsius monasterii fundatores a. d. 1379.« Eiusdem collectionis psalmos a s. Augustino enarratos 1—34 v.: XIII. B. 2. et psalmos 119—150 v.: XIV. B. 7. A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, postea iterum monasterii Třebonensis.

2451 *XIV. B. 12.*

membran. saec. XIV ff. 178, 33 X 24 cm. 2 m.

f. 1^a—55^b **(S. Bonaventurae) Liber de septem itineribus aeternitatis.** »Eum, qui venit ad me« X »deus in eternum benedictus. Explicit liber« etc. u. s.

f. 55^b—61^b **(Henrici de Frimaria) Tractatus de occultatione vitiorum sub specie virtutum.** »Est via, que videtur homini« X »propter quod bene scribitur Eccl. 10« (cetera desunt).

f. 62^a—98^a **(S. Bonaventurae) Tractatus de septem donis spiritus sancti.** »Omne donum (sic) optimum« X »potest quam deo gracias.«

f. 98^b—117^a **(Hugonis de S. Victore** seu potius **de Folieto)** »**Claustrum anime** cum disposicione officiorum et officialium suorum . . . Abbas huius claustri« X »toto cordis conamine precantes.«

f. 117^b—161^a **Odonis abbatis Morimundi (Ottonis Frisingensis?) Sermones LVI.**

f. 161^a—163^b »**Mauricii Parisiensis episcopi Sermo de sex trinitatibus** LVII« (sic).

f. 163^b—170^b **Gebwini (Trecensis canonici) Sermones aliquot.**

f. 170^b—178^b Sermones varii anepigraphi.

Ex monasterio Třebonensi.

2452 *XIV. B. 13.*

membran. saec. XIV ff. 159, 33 X 25 cm. 1 m.

Antiphonarium monasterii S. Georgii in castro Pragensi perpetuis notis musicis instructum.

f. 1^a haec inscriptionis verba supersunt: »norem et sancto Georgio et conventui ad utilitatem.«

Sine dubio ex monasterio S. Georgii.

2453 *XIV. B. 14.*

membran. saec. XIV ff. 6 + 240 num., 32·5 × 21 cm. 1 m.

Henrici de Gandavo »Quodlibeta XV cum reprobacionibus Bernardi«.

f. 1ª—6ª Registrum operis.

f. 7ª »Utrum in deo sit ponere bonitatem personalem« × f. 238ᵇ »in deum protectorem et in locum munitum. Explicit XV quodlibet et per consequens omnia quodlibet M. Henrici de Gandavo cum reprobacionibus Bernardi.«

f. 239ª—240ᵇ Tabula operis altera in operculo absoluta.

Nota in fronte f. 1ª: »Liber S. Marie virginis in Reynefelde. Dom. Thidericus abbas procuravit.« A. 1691 codex erat domus professae S. J. Micro-Pragensis.

2454 *XIV. B. 15.*

membran. saec. XIV ex. ff. 143, 32 × 25 cm. 1 m.

Martyrologium praecedente calendario Necrologium monasterii fr. minorum s. Francisci Crumloviensis continente. (Edid. J. Emler Zprávy kr. Č. spol. náuk 1887 p. 198.)

f. 139ª—141ª (additus est alia manu saec. XIV ex. scriptus, initio mutilus) **Ordo ostendendarum reliquiarum Crumlovii in festo corporis Chr. cum proclamationibus bohemicis et germanicis. (Ukazování sv. ostatků v Krumlově — Reliquien-Vorzeigung in Krummau.)** (Edid. F. Tadra Čas. Česk. Mus. 1880 p. 432.)

Sine dubio ex monasterio fr. min. Crumloviensi.

2455 *XIV. B. 16.*

membran. saec. XIII ff. 139, 32 × 23·5 cm. 1 m. cum init. pict.

Homiliae veterum patrum de sanctis. (Insertae sunt vitae horum sanctorum: f. 92ª Parmenii et Abdon et Sennen, 95ᵇ Dionysii martyris, 99ª Febroniae, 108ᵇ Caterinae virg. et reginae, 124ª Alexii conf., 127ª Fidis virg., 135ᵇ Macharii.)

2456 *XIV. B. 17.*

membran. saec. XIV ff. 142, 32 × 23 cm. 1 m.

Missale ecclesiae Těchobuzensis.

In f. 1 annotati sunt manibus saec. XIV et XV benefactores (ex quibus unus est Ranco de Ježov, pater famosi Adalberti de Ericinio scholast. Prag.) et plebani ecclesiae Těchobuzensis, in operculo infer. occurrunt a. 1481 conscripta clenodia eiusdem ecclesiae. In margine f. 2 sunt duae notae bohemicae spectantes ad a. 1603, quo aedificata est impensis Wenceslai Ottonis de Los turris ecclesiae, cuius pastor eo tempore erat presb. Procopius Cortatius confessionis evangelicae. Cf. Č. Čas. hist. 1902 p. 189. Ex bibliotheca collegii S. J. Neopragensis.

2457 *XIV. B. 18.*

fascic. chart. saec. XVII et XVIII d. m.

Acta capitulorum ordinis Praemonstratensis, scilicet generalium a. 1657, 1666, 1670, 1686, 1717 (typis excusa), **1738, et provincialium**: Lucens. 1656, Plagens. 1659, Strahov. 1662, Lucens. 1665, Gradic. 1670, Zabrdovic. 1677, Strahov 1681, Lucens. 1687, Gradic. 1691, Strahov. 1700, Gradic 1710, Lucens 1719, Strahov. 1727, Zabrdovic. 1733, Gradic. 1740, Lucens. 1747, Strahov 1754 **celebratorum passim additis excerptis capitulorum aliorum.** Inserta est **copia vidimata diplomatis Caroli IV imper. et regis privilegia monasterii Insulensis confirmantis a. 1356 III idus Maii;** item copia decreti in causa canonisationis Johannis Nepom. (Cf. etiam II. C. 11 & 22.)

2458 *XIV. B. 19.*

membran. saec. XIV ff. 197, 34 × 25 cm. 1 m.

f. 1ª—140ᵇ **Hugonis de S. Victore Libri duo de sacramentis.** (Prologus:) »Librum de sacramentis christiane fidei« × »sine fine.«

f. 141ª—168ª **Eiusdem Didascalicon libri VI.** »Omnium expetendorum« × »theologice demonstrantur.«

f. 168ª—189ᵇ **Dionysii Areopagitae Liber de caelesti hierarchia.** »Omne datum optimum« × »principium omnis ierarchie sciencie.«

f. 190 vacat scriptura.

f. 191ª—194ª **Hugonis de S. Victore Liber de virtute orationis.** »Domino et patri« × »in ara crucis adoletur.«

f. 194ª—197ª **Eiusdem Soliloquia de arra animae.** »Ut discamus, ubi nos oporteat« × »concupisco. Et sic est finis libelli soliloquiorum Hugonis, qui vocatur proprie arra ipsius anime.«

Sequitur rubricatum: »Liber monasterii domus s. Egidii canonicorum regularium in Witignaw alias in Trzebon comparatus per nobiles dominos de Rosemberg primos ipsius monasterii fundatores.« A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, postea iterum monasterii Třebonensis.

2459 *XIV. B. 20.*

membran. saec. XIV/XV ff. 288, 36 × 25 cm. 1 m.

Missale (exciso initiali folio canonis mutilum).

Ex monasterio S. Coronae.

2460 *XIV. B. 21.*

chart. saec. XVIII ff. 131, 35 × 21 cm. d. m.

Sacra Praga in tres partes divisa — (I. pars: ecclesiae et monasteria in Castro Pragensi) **descripta et in lucem publicam edita a Joanne Floriano Hammerschmied.**

Re vera opus hoc, cuius indigesta rudimenta codice nostro continentur, lucem non vidit, sed apparatu eius auctor usus esse videtur in opere a. 1723 typis edito »Prodromus gloriae Pragenae«.

2461 *XIV. B. 22.*

chart. saec. XVIII ff. 81, 36 × 22 cm. d. m.

Praecedit f. 1ᵃ—3ᵇ **Alexandri Stahl ord. can. s. Aug. Applausus festivus . . . pro solenniis infulationis . . Josephi de Winckelburg . . . in parthenone Toxanensi praelati neo-infulati a. 1754.**

Subsequuntur **Varia excerpta historica, quibus usus est Johannes Florianus Hammerschmied ad opera sua conscribenda.** Maioris momenti esse videtur autographum bohemicum f. 80ᵇ—81ᵃ: **Bohuslava Balbina S. J. Poslaupnost některych panen abbatyší a kněžen slavnýho kláštera S. Jiří na hradě Pražském.**

2462 *XIV. C. 1.*

membran. saec. XIII ff. 233, 36·5 × 27 cm. d. m. cum init. pict.

f. 1ᵃ—47ᵇ **Veteris Testamenti liber psalmorum cum prologis s. Hieronymi.**

f. 48ᵇ—50ᵃ Canones quatuor evangelistarum (columnis pictis et deauratis inclusi).

f. 51ᵃ—233ᵃ **Testamentum Novum cum prologis s. Hieronymi.** (F. 233 suppletum est saec. XIV.)

Deficiente ligatura originali de vetustioribus praeclari codicis fatis nil constat; id solum docet nota marginalis, quam f. 229ᵇ quidam »Johannes Lucianus alias Wogak« adscripsit, librum iam in. saec. XVI in Bohemia fuisse. Nobis obtigit codex ex bibliotheca collegii S. J. Novo-Domensis.

2463 *XIV. C. 2.*

chart. saec. XVIII ff. 35, 34 × 27 cm. 2 m.

Fragmenti evangelii s. Marci vulgo autographi, quod in ecclesia metropolitana Pragensi servatur, exemplaria duo accurate descripta.

Exemplari alteri insertae sunt tabulae photographicae tres paginas fragmenti facsimilatas exhibentes, de quibus cf. notam J. Hanuš bibliothecarii nostri f. 35ᵇ a. 1863 inscriptam. De fragmento ipso prolixe disseruit clarissimus Jos. Dobrowsky, Fragmentum Pragense evangelii s. Marci, Pragae 1778, quo tempore etiam exemplaria nostra descripta esse videntur.

2464 *XIV. C. 3.*

membran. saec. XIV ff. 256, 35 × 26 cm. 1 m. cum 1 pict.

Missale praecedente calendario (manco, quo tamen edocemur librum exaratum esse in usum) **monasterii Chotěšoviensis.**

In principio canonis f. 183ᵇ est pulcherrime picta sed osculando valde laesa imago crucifixi. Praeter Mariam et Johannem occurrit iuxta crucem orans figura monachi Praemonstratensis, fortasse ipsius pictoris vel librarii. Sine dubio ex monasterio Chotěšoviensi.

2465 *XIV. C. 4.*

membran. saec. XIV ff. 165, 35 × 23·5 cm. 1 m.

Dictionarium theologicum mancum (superest tantum pars lit. C (a voce »contricio«) usque S (vocem »sciencia«).

2466 *XIV. C. 5.*

chart. a. 1765—1802 ff. 28, 36 × 23 cm. d. m.

Necrologium fr. min. Capucinorum provinciae Bohemiae et Austriae spectans ad a. 1765—1802 (praecedente prolixiori memoria et imagine ruditer delineata P. Seraphini Silesii Capricollensis, totius ordinis olim ministri generalis, a. 1763 Melnecae Bohemorum defuncti).

2467 *XIV. C. 6.*

chart. a. 1740—80 ff. 56, 35·5 × 22 cm. d. m.

Necrologium ordinis Crucigerorum cum Rubeo Corde Beatorum Martyrum de Poenitentia (sub titulo: Liber vitae et mortis . . . seu Matrica mortuorum religiosorum), **continens primum praepositos ad S. Crucem Maiorem a. 1627—1770, deinde professos ibidem a. 1669—1780 defunctos.**

Codice perperam consuto syllabum mortuorum professorum praecedunt 6 folia in fine collocanda. Est quinta pars operis maioris (cf. cod. VII. A. 10), cuius auctor maxima ex parte videtur esse **Johannes Carolus Rohn.** Sine dubio ex monasterio S. Crucis Maioris.

2468 2469 *XIV. C. 7. a & b.*

chart. saec. XVIII (alter a. 1738) ff. 58 et 53, 35 × 27 cm. 2 m.

Antiphonaria duo notis musicis instructa (ut videtur) **monasterii Sedlecensis** (quorum alterum a fr. **Mauritio Klug a. 1738** exaratum est).

Ex monasterio Sedlecensi.

2470 2471 *XIV. C. 7. c & d.*

chart. a. 1756 ff. 67 & 74, 34 × 22 cm. 1 m.

Psalteria duo monasterii Sedlecensis horis canonicis adaptata (ut chronogrammata docent, conscripta a. **1756 a Josepho Krnowsky, novitio Sedlecensi).**

Ex monasterio Sedlecensi.

2472 2473 *XIV. C. 7. e & f.*

chart. saec. XVIII ff. 13 & 7, 35 × 24 cm. 2 m.

Responsorialia duo (ut videtur) **monasterii Sedlecensis notis musicis instructa.**

Ex monasterio Sedlecensi.

2474 *XIV. C. 7. g.*

chart. a. 1763 ff. 16, 34 × 21 cm. 1 m. cum imag. picta.

Lectiones nocturnales in festo s. Johannis Nepomuceni (cum imagine s. Joh. Nep. picta).

In f. 1ª chronodistichon exprimit a. **1763.** Ibidem nomen suum prodit pictor et scriba: »**Fr. Leonardus Printz P. (professus) S.**« **(Sedlecensis).** Ex monasterio Sedlecensi.

2475 *XIV. C. 8.*

chart. autogr. saec. XVII/XVIII ff. 95 (= pp. 191), 33 × 21 cm.

p. 1—98 Serenissimi gloriae soles . . . seu Principes religionum, Patriarchae et Religiosi Ordines Elogiis in Solem expositi et condecorati a P. Antonio Miller S. J. in provincia Bohemiae.

p. 99—181 Sol serenissimus gloriae serenissimae . . . Unigenitus Dei Filius . . . Elogiorum centuria exornatus et condecoratus (ab eodem).

p. 181—191 Eiusdem Elogia VI Jesuitarum.

2476 *XIV. C. 9.*

chart. autogr. a. 1747 ff. 88 (= pp. 178), 32·5 × 20 cm.

p. 1—144 (anepigr.) Methodi conficiendi horologia solaria tam regularia quam irregularia simplici stylo conscriptae.

p. 146—147 Methodus universale describendi. Modus signa zodiaci ad cylindrum transferendi.

p. 148—178 »Tractatus sive methodus facilis addiscendi arithmeticam« (Pragae tradita).

Fol. primum praecedit chronogramma exprimens a. 1747.

2477 *XIV. C. 10.*

membran. saec. XIV in. ff. 106, 32 × 23 cm. 1 m.

Martyrologium praecedente Necrologio monasterii s. Annae Vetero-Pragensis saec. XIV—XVII (quod edid. Jos. Emler, Sitzgsber. d. kön. böhm. Ges. d. W. 1878 p. 69 sq.). Operculo super. auro impressum est monogramma »K. L. Z. W. L.« (Kateřina Lipka z Welkého Lipého) 1601.« Necrologium eiusdem monasterii saec. XVII v.: XV. E. 15.

Sine dubio ex monasterio s. Annae.

2478 *XIV. C. 11.*

chart. a. 1756 ff. 4, 31 × 19 cm. 1 m.

»Devinctum clientelaris observantiae Minerval sub inaugurationis solemnio . . . Nepomuceno Egerer . . . Carthusiae Waldicensis praesuli . . . harmonico persolutum suffragio dat ac dedicat Franciscus Ant. Benesch die 1. Junii a. 1756.«

Ex carthusia Waldicensi.

2479 *XIV. C. 12.* (*Y. III. 6. n. 12.*)

chart. autogr. saec. XVII ex. ff. 17, 32 × 20·5 cm.

Vita P. Athanasii Kircheri a semet ipso conscripta.

2480 *XIV. C. 13.*

chart. a. 1718 ff. 27, 29·5 × 20 cm. 1 m.

»Vir dolorum Christus Jesus . . . in passionis suae mysteriis exhibitus ac prosequutus exercitiis oratoriis et poeticis . . . honori

. . . Josephi Mika . . . parthenonis Doxanensis praelati . . . repraesentatus a . . studiosa rhetorices et poeseos iuventute anno M, à quo condita fuit urbs Zatecensis« (= 1718 chronogrammatice expresso). Dedicationem subscripsit auctor: P. **Hugo Lohr, prof. Strahoviensis.**

E monast. Doxanensi.

2481 *XIV. C. 14.*

chart. saec. XVIII in. ff. 94, 31 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—10ª **F. Roberti Guaguini Chronicon maiorum ministrorum ordinis S. Trinitatis et redemptionis captivorum cum appendice Jacobi Burgesii**

f. 11ª—93ᵇ **F. Floriani à S. Josepho Vitae et res gestae venerabilium ord. S. Trinit. Joannis Baptistae à Conceptione, Stephani à S. Trinitate, Michaelis à Sanctis.**

f. 94ª—94ᵇ Series generalium ministrorum ordinis S. Trinitatis.

De tempore codicis exarati cf. cod. VIII. A. 14. Sine dubio ex monast. Trinitariorum Pragensi.

2482 *XIV. C. 15.*

chart. saec. XVII ff. 88, 31 × 21 cm. d. m.

f. 1ª—9ᵇ **Acta de compactatis concilii Basiliensis et Bohemorum.**

f. 10ª—15ª **»Concordata« sacerdotum sub utraque ministrantium in comitiis Pragae a. 1539 die 24 Aug. celebratis.** Cf. Jungmann IV, 1000 et Tomek XI, 190.

f. 16ª—34ª **»Informatio de famoso negotio compositionis ad reges et principes christianos«** (edita a. 1614—15).

f. 35ª—36ᵇ Exemplum literarum capituli Vratislaviensis ad episcopum 22. Maji (15)82 datarum contra machinationes principum et statuum.

f. 37ª »In speciali quadam visitatione parochiarum Pragensium quaerenda.«

f. 38ª—43ᵇ **»Relatio succincta eorum, quae post victoriam Ferdinandeam et deditionem Pragensem a. 1620 . . . in emolumentum fidei orthodoxae in archidioecesi Pragensi promanaverunt.«**

f. 44ª—48ᵇ **»Brevis narratio de successu rerum ecclesiasticarum in regno Bohemiae sub finem a. 1620 usque ad a. 1628 inclusive.«**

f. 49ª Epitaphium Ferdinandi IV a. 1654 defuncti.

f. 50ª—53ª **Summarium instructionis a reformationis commissariis 15. oct. 1627 exhibitae in materia reducendorum ad fidem catholicam haereticorum pro V regni Bohemiae districtibus: Pilsnensi, Prachinensi, Bechynensi, Čáslaviensi et Chrudimensi.**

f. 54ª—83ª **Ernesti cardin. ab Harrach, archiepiscopi Pragensis Constitutiones monialium s. Georgii in castro Pragensi directae ad Reginam abbatissam** (1630—36). (Videtur esse autographum.)

f. 84ª—88ᵇ Elenchus capitum cuiusdam libri, cuius titulus mutilatus sic sonat: »seu de iustitia armorum et foederum regis Galliae libri duo.«

Nota in fronte f. 1ª: »Liber hic est conventus s. Wenceslai FF. EE. disc. s. Aug. Neo-Pragae 1673«.

2483 *XIV. C. 16.*

chart. saec. XIV et XV ff. 293 num. 3 m.

f. 1ª—2ᵇ Registrum operis subsequentis.

f. 3ª—23ª **(Philippi de Cabassole episc. Cavallicensis) Libellus historialis b. Mariae Magdalenae.** »Rever . . . Henrico de Vilariis . . . Lugdun. archiep. philosophus (sic!) Cavellicensis episcopus« ╳ »regnaturos per omnia s. s. (de auctore cf. Eubel, Hier. cath.).

f. 23ª—31ª »**Descripcio terre sancte.**« **(Jacobi de Vitriaco Historiae Hierosolymitanae liber III,** edid. Bongarsius Gesta Dei I, 1125 sq. Descriptionem hanc Röhricht [Bibliotheca geogr. Palaest. p. 43] attribuit **Haymaro monacho.)** »Cum bone memorie d. Innocencius papa« ╳ »appellavit Antoniam.«

f. 31ª—56ᵇ »Libellus sequens de descripcione terre sancte per Soldanum regem Babilonie fuit missus Karolo quarto . . . ad immensissimas preces . . . (re vera est **Burchardi de Monte Sion Descriptio terrae sanctae).** »Cum in veteribus hystoriis« ╳ »lapidatus est Jeremias, et sic ista sufficiant.« (Laurent, Peregrinatores p. 20 sq.)

f. 57ª—58ª »Tractatus de LXXII discipulis domini.«

f. 58ª—69ᵇ »**Processus per hominem interiorem habitus contra diabolum ante tribunal Christi.**« »Domine deus meus« ╳ »contra se sentenciam reportasset.«

f. 70ª—125ª »**Concordancie auctoritatum biblie cum iure canonico.**« »Volenti procedere utiliter« ╳ »ecce quod sacrarium.«

f. 125ª—128ᵇ »Versus in glossis decretalium.«

f. 129ª—129ᵇ Conspectus librorum sacrae scripturae.

f. 130ª—156ª **Statuta Caelestinorum.** »Homo ad similitudinem dei factus« ╳ »excommunicacionum datis in ipsis. Expliciunt constituciones Celestinorum.«

f. 156ª—170ᵇ »Incipit **(Johannis de Braclis) Determinacio questionis, que vertebatur inter Urbanum VI et condempnatos cardinales . . . . Johanni de Jenczenstayn Pragensi archiepiscopo . . . . corrigenda presentata.**« »Vir quidam notabilis« ╳ »eximia cogitare. Fr. Johannes de Braclis natus Padebornensis dyocesis filius Borchardi de Emmerke et eius conthoralis Alheydis de Holthusen, s. theol. prof. legens in capitulo s. Pragensis ecclesie. A. d. **1379** ipso die ostensionis reliquiarum finivit hanc questionem.« Cf. Č. Čas. hist. 1902 p. 192.

f. 170ᵇ—207ᵇ **Johannis de Lignano Tractatus de scismate (Fletus ecclesiae) ad Urbanum VI.** »Fletus magnus« ╳ »sic sunt scripta.«

f. 208ª—225ª **Henrici de Hassia Tractatus de scismate (Epistola consilii pacis).** »Universis navicule« ╳ »gloriam suscipiet sempiternam«. Sequuntur versus et registrum.

f. 225ª—231ᵇ **Concio Adalberti Ranconis de Ericinio in sepultura Caroli IV imperatoris habita de mandato Johannis archiepiscopi Prag.** »Idcirco ego plorans« ╳ »leticiam subiungit.« (Fontes rer. boh. III, 433 sq.)

Quae praecesserunt omnia saec. XIV exarata esse videntur, saec. XV sequentia:

f. 231ᵇ Nota quaedam invectiva in Sigismundum Lithuaniae ducem, occupatorem regni Bohemiae a. 1422 et 1424, quae simul spectat ad coronationem Sigismundi regis 28 Julii 1420 Pragae celebratam.

f. 232^a—244^b **Johannis Boccaccii de Certaldo Libri de mulieribus claris excerptum.** »Pridie mulierum egregia« × »dentibus invidorum depereat. Et sic est finis excerptorum« etc. Sequitur registrum.

f. 245^a—280^b **Eiusdem Libri de casibus virorum illustrium excerptum.** »Diu strenue miles« × (opus hoc in marginibus f. 281—290 continuatum explicit:) »fortune cuncta vertentis. Explicit liber IX« etc.

f. 281^a—287^a (saec. XV in.) **Vita s. Marthae Christi hospitae a Marcilla edita.**

f. 287^a—291^a (saec. XV in.) **Vita s. Albani.** »Erat olim in partibus aquilonis« etc.

f. 291^b—292^b Additamentum operis Boccaccii de casibus vir. ill.

f. 292^b—293^a Registrum eiusdem operis.

In operculis sunt diversae notae, quarum maioris momenti una esse videtur de haeresi Albigensium ad a. 1207 et 1209 spectans. In super. operculo manu saec. XV annotatum est: »Iste liber est monasterii Ostrowiensis«. Ibidem exarata erat series contentorum, quae tamen a barbaro quodam moderno cultro valde vitiata est. Sine dubio ex monast. s. Johannis sub rupe.

2484 *XIV. C. 17.*

chart. saec. XV ff. 182, 31 × 21 cm. 1 m.

Missale »**secundum novam rubricam Olomucensem**« **praecedente calendario.**

2485 *XIV. C. 18.*

membran. saec. XIV ex. ff. 47, 32 × 25 cm. 1 m.

f. 1^b—25^a **Epistola b. Eusebii ad b. Damasum de morte s. Hieronymi** (spuria).

f. 25^a—30^a **Epistola b. Augustini ad b. Cyrillum de magnificentia s. Hieronymi** (spuria).

f. 30^a—47^b **Epistola b. Cyrilli ad b. Augustinum de miraculis s. Hieronymi** (spuria).

Nota in f. 1^a et in fol. ultimo truncato: »Liber monasterii s. Egidii in Witignaw comparatus per nobiles dominos de Rosemberk primos ipsius monasterii fundatores«. A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, deinde iterum monasterii praefati.

2486 *XIV. C. 19.*

chart. saec. XVII/XVIII ff. 158, 31 × 20 cm. d. m.

f. 1^a—102^b **Tractatus de febribus.** (Nomen auctoris calamo inductum est).

f. 104^a—158^a **Tractatus de chirurgia et eiusdem operationibus.**

2487 *XIV. C. 20.*

membran. saec. XIV in. ff. 220, 31 × 22 cm. 1 m.

Antiphonarium (ut videtur) **monasterii s. Georgii in castro Pragensi perpetuis notis musicis instructum.**

Sine dubio ex monasterio S. Georgii.

2488 *XIV. C. 21.*

chart. saec. XVII ff. 44 (pp. 86), 30×19 cm. 1 m.

»**Concertationes fidei seu Methodus disputandi cum haereticis in conferentiis publicis et privatis iuxta viam comparativam R. P. Raymundi Caroni in Roma sua Septicolli.**«

2489 *XIV. C. 22.*

chart. saec. XVII ff. 36, 30×19 cm. d. m.

Elogia patrum S. J. Joannis Mehrer († 1670), Danielis Krupsky († 1672), Roderici Arriaga († 1667), Simonis Schürer († 1677).

Cf. notam cod. XIII. G. 4.

2490 *XIV. C. 23.*

chart. a. 1687 ff. 30, 30·5×21 cm. d. m.

»**Liber conventus D. Matris Dolorosae in Rabenstein (ord. servorum b. Mariae V.) in quo continentur Inventaria bibliothecae et sacristiae, fundatio primaeva, provisio conventus et eius domestica supellex ab a. 1687.**«

Ex eodem conventu.

2491 *XIV. C. 24.*

membran. saec. XIV ff. 154, 30·5×22 cm. 2 m.

f. 1ª—31ª **Gregorii papae I Commentarius in Cantica canticorum.** »Quia si ceco longe adeo posito« × »spiritum et corpus debemus« . . .

f. 31ª—42ª **S. Bonaventurae »Tractatus de arbore crucis et ligno vite«.** »Christo confixus sum« × »ad laudem s. nominis tui, cui« . . .

f. 42ª—59ª **(Eiusdem) Expositio canonis missae.** »Christus existens pontifex« × »ipsa spes sanctificetur i. e. firmetur« (finis desideratur).

f. 60ª—153ª **Gregorii papae I Dialogorum libri IV.** »Quadam die dum nimis« × »deo hostia ipsi fuerimus. Expl. liber dyalogorum.«

f. 153ª—154ᵇ »Prologus super libros dyalogorum. Gregorius papa Sereno episcopo Marsiliensi.«

Sequitur haec rubrica: »Liber monasterii canonicorum regularium in Witignaw comparatus per dominos de Rosemberch fundatores monasterii supra dicti.« Ex monast. Třebonensi.

2492 *XIV. C. 25.*

mixtus saec. XIV et XV ff. 196, 30×21 cm. d. m.

f. 1ª—35ᵇ (saec. XIV membran.) **Tractatus de officiis monachorum et regulis clericorum excerptus ex operibus Isidori, Augustini, Prosperi, Gregorii.**

f. 35ᵇ—39ª (saec. XIV membran.) **S. Bernardi Claraevallensis Sermo de corpore et sanguine domini.** »Pater sanctissime Petre« × »per vos operatur.«

f. 39ª—44ᵇ (saec. XIV membran.) **Richardi Praemonstratensis Tractatus super canonem missae.** »In virtute s. crucis« ╳ »In tercio non est differencia.« (Thomae de Aquino attribuitur in edit. Parmensi XVII p. 332.)

f. 44ᵇ—59ᵇ (saec. XIV membran.) **M. Odonis Tractatus de poenitentia.** »Penitenciam agite« ╳ »perpetuo regnabunt, quod nobis« etc.

Sequuntur opuscula in charta exarata saec. XV.

f. 60ª—115ᵇ **Isidori Hispalensis De summo bono libri III.** »Summum bonum deus est« ╳ »letificandos includit. Expl. lib.« etc. u. s.

f. 115ᵇ—130ª **Eiusdem Synonyma.** (Prologus sed non auctoris) »In subsequenti hoc libro« . . . »Venit nuper ad manus meas« . . . »Anima mea in angustiis est« ╳ »eternum premium mereantur accipere.«

f. 130ᵇ—147ᵇ **Bernardi Claraevallensis Dicta super verba evangelii: Dixit Symon Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia.** »Fidelis sermo et dignum« ╳ »et habundancius habeamus J. Chr. dom. noster, qui« . . .

f. 147ᵇ—152ª (Eiusdem) **Tractatulus de moribus adolescentum.** »Hortatur quidem« ╳ »diripiunt illud.«

f. 152ᵇ—164ᵇ **Eiusdem Liber de praecepto et dispensatione.** »Dom. abbati Columbensi« ╳ »satisfacere voluntati.«

f. 164ᵇ—176ᵇ **Eiusdem Liber de gradibus humilitatis et superbiae.** »Rogasti me frater« ╳ »fundamento carent.«

f. 177ª—196ᵇ **Anselmi archiepiscopi (Cantuariensis) Glossa super canonicas epistolas.** »Non ita ordo . . . Jacobus cognominatus« ╳ »nisi vanitas et inmundicia. Unde bene sequitur« (finis deest codice mutilato).

Ex monasterio S. Coronae.

2493 *XIV. C. 26.*

chart. saec. XV in. ff. 236, 30·5 ╳ 21 cm. 3 m.

f. 2ª—93ª (anepigr.) **Homiliae 26—61 super Math. cap. 8—18.** »Et amirans eum dixit . . . Ut autem ex contrario hoc discas« ╳ »perniciosus et odiosus.«

f. 93ᵇ—108ᵇ **Johannis Chrysostomi Homiliae quatuor** (de muliere Chananea, de Juda traditore, de ascensione domini, de desiderio boni operis ad beatitudinem praeparandam — ultima carens fine).

f. 109ª—140ª (deficiente initio anepigr.) **Sermones diversi.**

f. 141ª—236ᵇ **(Johannis Wiclif) Decalogus (Summae theol. lib. I).** »Premissa sentencia de dominio« ╳ »quod lege ista contempta ducitur aliena. Explicit decalogus, in quo est maximus thezaurus, videbitur, cum fuerit diligenter lectus.«

Operculis adligata sunt duo folia membran. (alterum est fragmentum cuiusdam libri liturgici) in quibus occurrunt **Notae historicae ad res bohemicas a. 1397—1426 spectantes,** quas inscripsisse videtur primus libri possessor Stiborius de Siecz, qui praesentante Wenceslao rege ecclesiam in Ronov a. 1413 obtinuit (Lib. confirm. VII p. 74). Notas has edidit Höfler, Gesch. d. hus. Bewegg. II, 62—63. Ex collegio S. J. Neo-Pragensi.

2494 *XIV. C. 27.*

membran. a. 1383 ff. 194, 30 × 22 cm. d. m.

(Galli abbatis Aulae Regiae?) Malogranati liber III.

f. 1ª »Postquam igitur informatus sum« × f. 193ᵇ »qui diligunt eum. Ad que inenarrabilia bona . . Explicit liber tercius illius tractatus, qui nuncupatur malogranatum« etc. Sequitur registrum.

f. 194ª (rubr.) »Liber monasterii s. Egidii canon. regul. in Vitignaw alias in Trzyebon comparatus per nobiles dom. de Rosemberk primos ipsius monasterii fundatores a. d. **1383.**«

Ab iisdem librariis exaratus est a. 1382 codex XIII. D. 21, quo continetur Malogranati lib. I et fragmentum II. Etiam huic codici notas marginales et consignationem locorum citatorum addidit W. A. Mann a. 1719. Ex monasterio Třebonensi.

2495 *XIV. C. 28.*

chart. a. 1497 ff. 316, 28·5 × 21 cm. 1 m.

f. 1ª—192ª **Alkabitius. »Libellus ysagogicus** Abdilazi . . . qui dicitur Alchabitius **ad magisterium iudiciorum astrorum interpretatus a Joanne Hispalensi scriptumque in eundem a Joanne Saxonie (Dancone) editum** . . . Postulata a domino« × »Finitur scriptum super Alchabitium ordinatum per Johannem de Saxonia in villa Parisiensi a. 1331 correctum per art. et med. doctorem Bartholomeum de Nusia scriptumque diligencia **Alberti de Trziebon a. 1497 Novedomus.**« (Apographum edit. Venetianae 1491, cf. Hain 618.)

f. 192ᵇ—316ᵇ »**Concordancia astronomie cum theologia, Concordancia astronomie cum historica narracione et elucidarium duorum precedencium dom. Petri de Alliaco cardinalis Cameracensis.** Vigintiloquium« × »Opus concordancie etc. u. s. . . explicit feliciter M. Joannis Angeli . . . diligenti correccione Erhardique Radolt imprimendi arte . . . quarto Nonas Januarii **1497 Novedomus.**« (Apographum editionis a. 1490, cf. Hain 834.)

2496 *XIV. C. 29.*

chart. saec. XVIII ff. 106, 34 × 21 cm. d. m.

Collectanea historica cum res Bohemiae ecclesiasticas tum imprimis ordinem Crucigerorum cum rubea stella concernentia additis variis documentis transscriptis.

Inter f. 34 et 35 illigatum est »Seplucrum s. Johannis Nepomuceni« aeri incisum cum notis manu scriptis sumptus argentei monumenti explicantibus.

2497 *XIV. C. 30.*

chart. saec. XVIII ff. 750, 31 × 20 cm. d. m.

Miscellanea medica.

P. 55 sq. inserta sunt haec germanica: **Berichte über Bädergebrauch und Trinkkuren**; p. 83 hoc bohemicum: **Zpráva, kterak se kyselka užívati má.**

2498 *XIV. C. 31.*

membran. a. 1380 ff. 341, 32·5 × 23 cm. d. m.

(Bertrandi de Turre Nobili) Sermonum epistolarium pars aestivalis.

f. 1[a] »In principio creavit deus . . Ad cuius evidenciam« × f. 341[a] »ad celi gaudia me perducas.« Sequitur rubrica: »Liber monasterii domus s. Egydii canonicorum regularium in Vitignaw alias in Trzyebon comparatus per nobiles dominos de Rosemberk primos ipsius monasterii fundatores a. d. **1380.**«

Ex monast. Třebonensi.

2499 *XIV. C. 32.*

chart. saec. XVIII ff. 7, 29 × 19 cm. 1 m.

»Quaestio scripturistico-controversistica super illud Matthaei 18, 15: Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Quaeritur: an huic Christi legi de fraterna correctione etiam papa subiaceat, ut a subditis corrigi possit.«

2500 *XIV. D. 1.*

membran. saec. XIV ff. 260, 34 × 25 cm. 1 m.

Gregorii papae I Moralium super Job libri XII—XXII (fine carentes).

Ex monasterio Třebonensi.

2501 *XIV. D. 2.*

chart. a. 1766 ff. 71 (142 pp.), 33 × 21·5 cm. 1 m.

Psalterium monasterii Sedlecensis cum antiphonis, scriptum ab **Elisabetha Kubaskyn, virguncula annorum 11,** sub magisterio Leonardi Printz, Sedlec. prof. a. **1766.** (Annus hic chronogrammatice expressus est).

Ex monast. Sedlecensi.

2502—2512 *XIV. D. 3 et 4.*

chart. saec. XVII—XVIII d. m.

Libri liturgici undecim (antiphonaria, gradualia, hymnaria) diversorum monasteriorum multo usu vitiati et passim mutilati.

Ex diversis monasteriis.

2513 *XIV. D. 5.*

membran. saec. XIV ex. ff. 206, 31 × 23 cm. 1 m. cum init. pict.

Milicii Gratiarum Dei (Sermonum de tempore et de sanctis) pars I ab adventu domini usque ad ascensionem exclusive.

f. 1[a] (Prologus:) »Alpha et o, principium et finis« × f. 206[b] (dom. rogat.) »ut sic unum patrem possideamus in sec. sec. Amen. Explicit prima pars postille venerandi Myiicii.« (Secundam v: XII. D. 1.) Utraque iam in cat. XIV. G. 17. f. 17 occurrit.

Ex monasterio Třebonensi.

2514 *XIV. D. 6.*

chart. saec. XV ff. 275, 30·5 × 22 cm. 1 m.

f. 1ª—12ª **Tractatus de officio missae.** »Quinque psalmos dicit« × »Christum post mortem« (finis deest aliquot foliis excisis).

f. 13ª—16ᵇ **S. Augustini** (falso!) **Contemplatio de passione domini.** »Quis dabit capiti meo aquam« × »cum Jesu filio tuo, qui« etc.

f. 16ᵇ—36ª **S. Bernardi Claraevallensis Tractatus de conscientia bona** (= **de templo spirituali**). »Domus hec in qua habitamus« × »quam terrestrium occupacione« . .

f. 36ª—41ª **S. Bonaventurae Laudatorium pro concessis beneficiis naturae et gratiae.** »Convertere anima mea« × »graciarum accio coeterna.«

f. 41ª—60ᵇ »**Dialogus anime et racionis**« »Flecto genua mea« × »trinus et unus . . . Expl. dyalogus anime et racionis«. (Est **S. Bonaventurae Soliloquium**).

f. 60ᵇ—70ᵇ (anepigr.) **Matthaei de Cracovia Dialogus rationis et conscientiae de frequenti communione.** »Multorum tam clericorum« × »pro viatico datum est« . . .

f. 71ª—86ᵇ Lotharii diaconi (postea **Innocentii papae III**) **Liber de vilitate condicionis humanae.** »Domino patri carissimo Portuensi episcopo« × »rex eterne glorie . . . Expl. liber de miseria hum. condic« Sequitur Quaestio, »an prophecie demonum aliquando vera predicant.«

f. 87ª—89ª »**Meditacio Anselmi**« (**Cantuariensis**) »Anima christiana« × »quia tu es solus benedictus« . . .

f 89ª—89ᵇ Tractatulus de oratione.

f. 89ᵇ—97ª **(Henrici de Frimaria) Tractatus de instinctibus.** »Semen cecidit« × »et conregnabitis.«

f. 97ª—116ª **S. Augustini Liber de spiritu et anima.** »Quoniam dictum est michi« × »quem cernere finis est.«

f. 116ª—128ª »**Tractatus circa** misericordiam (sic! pro **materiam**) **corporis Christi.**« »Ars hominis unam substanciam mutat in aliam« × »anima sanctificatur.«

f. 128ª—130ª **(Henrici de Hassia) Tractatus de horis canonicis.** »Sepcies in die« × »vitam eternam habebit.«

f. 130ª—130ᵇ Nota de vener. sacramento digne sumendo.

f. 131ª—136ª (anepigr.) **M. Johannis Hus Tractatus de corpore Christi** (Edit. Norimb. 1558, I. 163 sq.).

f. 136ª—145ª (anepigr.) **Eiusdem Tractatus de omni sanguine Christi glorificato** (ibidem f. 154 sq.).

f. 145ᵇ—151ᵇ **S. Bernardi Claraevallensis Meditatio de passione.** »Sepcies in die . . . Rogasti me« × »amori eiusdem.«

f. 151ᵇ—156ᵇ Notae variae de peccatis et de confessione.

f. 156ᵇ—158ᵇ »**Vita miserabilis Udonis.**« »Anno dom. 950« × »severissimam ulcionem. Explicit vita« etc. u. s.

f. 158ᵇ—165ᵇ **Pauli dicti Kolner (Volner?) electi Ratisponensis Tractatus de horis canonicis.** »In nom. s. et ind. trin. Ego Paulus« × »nunc et in ewum.«

f. 166ª—178ᵇ **Stella clericorum.** »Quasi stella matutina« × »effusus est super terram. Explicit stella cler.«

f. 179^a—264^b (anepigr.) **Tractatus de timore domini.** »Opusculum illud distingwitur« ╳ »et corona eterna. Explicit opus bonum.«

f. 264^b—272^b Notae variae theologicae, imprimis de confessione.

f. 273^a—274^b **Historia »de construccione domus hospitalis Hierosolymitani.«** »Moderni discant« ╳ »confirmari fecit« . . .

f. 275^a—275^b »Indulgencie bone date a sanctis patribus.«

Series contentorum exarata in operculo superiore cultro valde laesa est.

2515 *XIV. D. 7.*

chart. saec. XV ff. 330, 29·5 ╳ 21 cm. 2 m.

f. 1^a—69^b (anepigr.) **M. Johannis Hus Lectura super IV. libro Sententiarum.** »Si quis vestrum indiget sapiencia« ╳ »ad finem leccionis poteram pervenire per J. Chr.«

f. 70^a—73^a (anepigr.) **Eiusdem Sermo synodalis super »Confirmate corda vestra« praecedente fragmento sermonis »Spiritum nolite extinguere«** (Edit. Norimb. 1558, II, 40 et 44).

f. 73^a—87^a (anepigr.) **Tractatus de vitiis, carens initio et fine.** »Similiter et hii, qui carnem suam maculant luxuria« ╳ »per Balaamitas, qui seducunt tripliciter, primo per astuciam.« (Dimidium f. 87 avulsum est).

f. 88^a—92^b »**Anselmus** De contemptu temporalium.« »Sepcies in die . . . Rogasti« ╳ »ad monumentum eius« . . . (Alibi tractatus hic attribuitur s. Bernardo et accuratius intitulatur: **Contemplatio passionis domini**).

f. 92^b—95^b (anepigr.) **Tractatus de vitiis.** »Luxuria est corporalis incontinencia« ╳ »tempora perdo.«

f. 95^b—99^b **Anselmi (Cantuariensis) Liber exhortationum ad contemptum temporalium et desiderium aeternorum.** »Quid agis, o homo« ╳ »propter vitam eternam, quam« etc.

f. 99^b—107^a **S. Augustini (falso!) Liber super dolore b. virginis Mariae.** »Omnis, qui ad nostrum Emanuel« ╳ »resurgere valeatis.«

f. 107^a—130^a Orationes s. Anselmi et aliorum.

f. 130^b—143^a **S. Bernardi Liber de conscientia (= de templo spirituali).** »Domus hec, in qua habitamus« ╳ »per delectacionem subiungat.«

f. 143^a—152^a **Orationes s. Bernardi.**

f. 152^a—174^b (anepigr.) **S. Eusebii Epistola ad Damasum de morte s. Hieronymi.**

f. 174^b—178^b **S. Augustini Epistola ad b. Cyrillum de laude b. Hieronymi.**

f. 178^b—198^b **S. Cyrilli Epistola ad b. Augustinum (de miraculis s. Hieronymi).**

f. 198^b—216^a **Innocentii papae III Liber de miseria humanae condicionis.** »Dom. patri Kar. Petro Portuensi episc.« ╳ »et ignis ardens in sec. sec.«

f. 216^a—234^a **S. Augustini Soliloquium.** »Cognoscam te domine« ╳ »iusti intrabunt in eam.«

f. 234^b—246^b **S. Caesarii Homiliae ad monachos.** »Inter reliquas beatitudines« ╳ »concedatur venia.«

f. 246ᵇ—253ᵇ (S. Augustini?) **Libellus de conflictione virtutum ac vitiorum.** »Apostolica vox clamat« ╳ »aliis tradere debes.«

f. 253ᵇ—260ᵇ **Basilii episc. Caesariensis Doctrina ad monachos.** »Audi fili monicionem patris tui« ╳ »qui diligunt illum.«

f. 260ᵇ—265ᵃ **S. Bernardi Claraevall. Epistola ad Cluniacenses.** »Vener. fratri W. frater B.« ╳ »quam veritas relinquatur.«

f. 265ᵃ—274ᵃ (anepigr.) Orationes super evangelia per circulum anni.

f. 274ᵃ—297ᵃ (anepigr.) **S. Bonaventurae Soliloquium.** »Flecto genua mea« ╳ »trinus et unus . . . benedictus« (finis scissura vitiatus est).

f. 297ᵃ—302ᵇ **S. Augustini Sermo de salute animae** (= **Manuale**). »Quoniam in medio laqueorum« ╳ »ut amem deum meum.«

f. 302ᵇ—330ᵇ »**Fr. David** (de Augusta) **Formula**« **de profectibus religionis.** »Profectus religiosi septem« ╳ »propter sanitatem corporis conservandam vel recuperandam. Avaricie« (finis desideratur).

Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis liturgici saec. XIV. Index contentorum in operculo super. cultro vitiatus est. Ex monast. S. Coronae.

2516 *XIV. D. 8.*

chart. saec. XVIII (a. 1766) ff. 37, 38 ╳ 23 cm. 1 m.

Summarium rerum memorabilium conventus Tustensis . . . ord. eremitarum s. Aug. . . . pro monasterii notitia conscripsit Pater **Theobaldus Gruber** (a. 1766 chronogrammatice expresso). Praecedit copia inscriptionis super membranam ponendam ad unam ex duabus mensis altarium novae ecclesiae Pivoniensis, datae 30. maii 1690, alia manu exarata. Finis »Summarii« deest.

Sine dubio ex monast. Tustensi.

2517 *XIV. D. 9.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 23, 30·5 ╳ 20 cm. d. m.

f. 1ᵃ—21ᵃ »**Catalogus canonicorum regularium Praemonstratensium in Monte Sion Pragensi viventium et mortuorum ab a. d. 1679« usque ad a. 1719.**

f. 22ᵃ—23ᵃ **Carmina duo rhythmica mendicantium scholarium (Polonorum)**: 1. Nos sumus schumatores, 2. Gratiosi domini. (Adglutinata sunt 2 folia, in quibus carmina praecedentia descripta occurrunt.)

2518 *XIV. D, 10.*

chart. saec. XV ff. 356 num., 29·5 ╳ 22 cm. d. m.

f. 1ᵃ—135ᵃ (anepigr.) **Sermones de sanctis.** »De s. Stephano. Stephanus plenus gracia . . . In premissis verbis« ╳ »custodiat omnipotens deus.«

f. 135ᵃ—141ᵃ Sermones de septem criminalibus peccatis, de decem praeceptis, de vitatione peccati, de septem sacramentis.

f. 141ᵇ—172ᵃ »Incipit **Pronunciamentum de sanctis per totum annum.**« »Adventus domini per 4 septimanas« ╳ (de s. Paula) »usque ad exspiracionem repetebat. Et sic est finis.«

f. 172ᵃ—176ᵇ **(S. Bonaventurae) Tractatus de corpore Christi.** »Ad honorem gloriose« ╳ »quod ipse michi et tibi prestare dignetur Amen.«

f. 177ᵃ—179ᵇ (anepigr.) **Tractatus contra compactata exprobans LXXX articulos erroneos Bohemorum.** »Tempore electissimo« ╳ »obedire sedi apostolice. Summa articulorum LXXX.«

f. 180ᵃ—254ᵃ (anepigr.) **Nicolai de Dinkelspühel Expositio super decem praecepta.** »Scribitur Mathei XXII« ╳ »digna premio glorie sempiterne« . . .

f. 254ᵃ—263ᵃ Eiusdem (?) Sermones duo: de ascensione et de dedicatione.

f. 263ᵃ—292ᵃ **Eiusdem tractatus de octo beatitudinibus.** »In evangelio quod legitur« ╳ »largiatur nobis omnipotens dominus.«

f. 292ᵃ—317ᵃ **»Liber de generibus personarum postulancium« (= Confessionale).** »Sic tene, quod subtiliter et astute« ╳ »sed in amplitudine caritatis.« (Subscriptio sequens cultro excisa est.)

f. 318—320 vacant scriptura.

f. 321ᵃ—326ᵃ (anepigr.) Sermo de eucharistia et confessione.

f. 327ᵃ—350ᵇ **Nicolai de Dinkelspühel Sermones de corpore Christi.** »Caro mea vere est cibus« ╳ »desiderium omnimode adimplebit . . . Expliciunt sermones de corpore Chr. egregii doctoris dom. Nicolay Dinkelspuchl . . . scripti . . . 1438« (?) (Subscriptio haec cultro vitiata est.)

f. 351ᵃ—356ᵇ (anepigr.) **Sermo in caena domini (synodalis?** sed diversus a sermone Stephani de Colonia V. F. 17. f. 13). »Homo quidam fecit cenam . . . Honorabiles patres« ╳ »graciarum accio, honor et imperium.«

Operculo super. adligatae sunt literae venditionis germanicae (**Verkaufsurkunde des Jorg Swabenoder, Bürgers zu Everding, v. J. 1436**). A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, postea monasterii Třebonensis.

2519 *XIV. D. 11.*

chart. a. 1675 ff. 36, 30 ╳ 18 cm. 2 m.

Elogium P. Danielis Krupsky S. J. a. 1672 defuncti (scriptum a. **1675** in octava s. Ignatii).

Sine dubio ex collegio S. J. Clementino, quamquam in cat. a. 1781 non occurrit.

2520 *XIV. D. 12.*

membran. saec. XIV ff. 177, 29 ╳ 21 cm. 1 m.

(S. Bonaventurae) Sermones de sanctis.

f. 1ᵃ »De s. Andrea sermo I. Michi autem absit gloriari . . . Narrat Valerius Maximus« ╳ f. 175ᵃ (de s. Catharina) »repromisit deus diligentibus se« . . .

f. 175ᵃ—177ᵇ Registrum carens fine.

In veteri catalogo nostro sermones hi cuidam **Bernazando**, in quodam codice Florianensi (Czerny Cat. p. 108) **Jacobo de Lausanna** attribuuntur. Nota

in schedula inter f. 176 et 177 inligata: »Liber monasterii s. Egydii in Witignaw comparatus per nobiles dominos de Rosemberk primos ipsius monasterii fundatores.« Ex monast. Třebonensi.

2521 *XIV. D. 13.*

membran. a. 1306 ff. 158, 30 × 20 cm. 2 m.

f. 1^b rubricatum est: »A. dom. incarn. **1306** venerabilis dom. Chunegundis, abbatissa monasterii s. Georgii in castro Pragensi . . . istum librum, in quo continentur duo volumina, primum volumen continet:

(f. 3^a—71^a) **Exposiciones super Ave Maria**« . . . (= **Bonaventurae Speculum b. Mariae virginis.** »Quoniam ut ait b. Jeronimus« × »fructus ventris tui«) secundum volumen continet:

(f. 72^a—158^b) **Laudes ipsius dulcissime virginis . . . editum a b. Bernardo abbate**« (? opusculo huic sic inscribitur: »**Libellus de b. virgine totus ex dictis autenticis contextus.**« »Si deum ore prophetico iubemur« × (cap. 137) »audiensque, quod est b. Marie virginis iratus valde« — finis desideratur)

»fecit scribi et contulit ecclesie s. Georgii benediccionis sue anno quinto.«

Praeterea continetur:

f. 2^a—2^b Oratio (»quam quot annis quis dixerit, tot diebus obitum suum deo revelante previdebit«) s. Hieronymi, quam misit Rustico monacho.

Operculo super. cultro incidit monialis quaedam saec. XIV—XV haec verba: »pomni moy mily myle« . . . Ex monast. s. Georgii Pragensi.

2522 *XIV. D. 14.*

chart. a. 1385 ff. 213, 29 × 21 cm. 1 m.

f. 1^a—180^b **(Galli abbatis) Malogranati liber I et II.** »Fili accedens ad servitutem dei« × »expositum et explanatum. Explicit prima (?) malogranati tractans de statu incipiencium et proficiencium sub a. d. **1385.**«

f. 182^a—213^a **(Mathiae Farinatoris ? seu potius Berengarii de Londora)** »**Lumen anime.**« »Philozophus: Mundi substancia elevat cor« × »ut pretactum est.« (Post registrum:) »Explicit liber luminis anime . . . de naturis una cum tabula sua et sic est finis« (subscriptio radendo laesa est). De auctore cf. cod. I. A. 38 f. 275.

Nota in folio praeligato: »Hic liber, qui plus quam duobus saeculis conservatus erat in regia curia civitatis Hradistii Montis Tabor in regno Boemiae et eo translatus ex diruto monasterio ord. Dominicanorum in diruta et per Zisscam combusta civitate Austa super fluvium Lužnicz, quae nunc vulgo Stareg Tabor nominatur, donatus est in perpetuam memoriam adm. rev. eximio viro Bartholomaeo Michaeli Zelenka, eo tempore valedicenti suo decano, qui in Krasilow vocatus ad extollendum cultum divinum saepius reminiscatur ovicularum suarum, a magistratu praefatae civitatis Taboriensis die 20. Aprilis a. 1682. Sub consulatu nobilis dom. Wenceslai Fabri art. lib. et philos. magistri, authoritate papali et imperiali notarii publici iurati, Samuel Ignatius Nogrel de Claromonte senior syndicus ibidem.« Sequitur nomen praefati decani propria manu inscriptum. De posterioribus codicis fatis nil constat.

2523 *XIV. D. 15.*

chart. saec. XIV ff. 54, 31 × 23 cm. d. m.

Sermones varii (magna ex parte ad clericos directi).

f. 1a »Laxate recia vestra . . . Ad ipsum enim prius est confugiendum« × f. 54a »sed ad eternitatem proficite, ut ibi in sec. sec. laudetis eum, qui« etc.

A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, postea monasterii Třebonensis.

2524 *XIV. D. 16.*

membran. saec. XIV ff. 143, 30 × 20·5 cm. 2 m.

f. 1a—25a **Sermones dominicales per circulum anni.** »Incipiunt accessus. Dominus dixit in evangelio« × »sanari poterimus.«

f. 25b—45a **Sermones de sanctis.** »De s. Andrea. Proposito sibi gaudio« × »quemadmodum Zacheus.«

f. 45b—143b **(Honorii Augustodunensis) Tractatus quatuor super Cantica canticorum.** »Donum sapiencie cum Salomone« × (tract. III) »Quartus ordo sunt uxorati vel hii, qui utuntur hoc« (finis deest. F. 47a et 57a commentarius hic attribuitur **Roberto — de Tumbalenia**?).

2525 *XIV. D. 17.*

membran. saec. XV ff. 146, 29 × 20·5 cm. 1 m. cum init. pict.

Petri Blaesensis Epistolae.

f. 3a »Incipiunt epistole Petri Blesnensis archidiaconi Bathanensis . . Henrico regi Anglorum« × f. 146b »gentilium mores in sanctuarium dei, de quibus« (cetera desiderantur codice mutilato).

Praecedit registrum in f. 1b—2b. In fronte f. 2a haec nota occurrit: »Johannes Cardinalis« (de Reinstein, Mag.) »procuravit hunc librum scribi per **Jacobum Jezulum** socium eiusdem, scriptorem notabilem et famosum, in omni modo scribendi peritum et expeditum.« Ut docent notae aliae, saec. XVI liber erat Jacobi Budichii Zacemi Domazlicensis, postea Andreae Coracii (?) presbyteri, a. vero 1625 monasterii Cladrubiensis.

2526 *XIV. D. 18.*

chart. a. 1377 ff. 98, 29·5 × 22 cm. 1 m.

f. 1a—70b **Sermones dominicales per circulum anni.** (Dom. I in adv.) »Osanna filio David . . . Sicut pueri Hebreorum« × »ut ad eternam gloriam recipiamur.«

f. 70b—74b **S. Augustini Speculum (= Manuale).** »Quoniam in medio laqueorum« × »occupacione delectari. Expl. liber s. A. qui intitulatur speculum.«

f. 74b—84b **Eiusdem Soliloquia.** »Cognoscam te domine« × »ut aquila canos meos. Expl. liber soliloquiorum b. Aug. in **Pomuk a. d. 1377** Nonas Sept. per manus **Pigmei**.«

f. 84b »Notabile doctorum fidei katholice de Salomone bonum amasio.« (Versus.)

f. 85ᵃ—95ᵇ **Aegidii (de Columna) Romani Tractatus de praedestinatione et praescientia.** »Post distinccionem capitulorum restat« × »adeptos fore tantam gloriam« . . .

f. 95ᵇ—98ᵇ **Eiusdem Tractatus de peccato originali.** »Cum sim cinis et pulvis« × »nec circumcisus ut circumcisus« (cetera desunt).

Ex monast. Třebonensi.

2527 *XIV. D. 19.*

chart. saec. XIV ex. ff. 81, 30 × 22 cm. 2 m.

Documenta schisma ecclesiasticum a. 1378 illustrantia.

f. 1ᵃ—35ᵇ & 50 (deficiente folio initiali anepigr.) **Johannis de Lignano Tractatus de schismate (»Fletus ecclesiae«) ad Urbanum VI.** »Innocencius: Horum in ecclesia dei sic perniciose militancium« × »in tanto lacrimabili fletu sic sunt scripta« (Cf. cod. XIV. C. 16. f. 170ᵇ—207ᵇ).

f. 36ᵃ—36ᵇ **Richardi regis Angliae Litterae ad Robertum Gebenensem (antipapam Clementem VII)** datae Londoniis s. a.

f. 37ᵃ—42ᵇ (anepigr.) **Exhortatio cardinalium Gallicorum, ut ad Urbanum VI papam legitimum redeant.** »Rever. in Chr. patres et dom. Quanta cordis amaritudine« × »in fidei fervencioris edificium commutaretur illo prestante« . . .

f. 42ᵇ—43ᵃ **Johannis episcopi** Penestrini **(Praenestini card.) Litterae ad episcopum Famagustensem de absolvendo clerico Henrico nato Viti de Liben Prag. dioec. datae Romae II kal. Maii 1378.**

f. 43ᵃ—44ᵃ **Litterae cardinalium dissidentium »universis Christi fidelibus« directae de Urbano VI in papatum intruso, datae Anagniae 9. Aug. 1378.**

f. 44ᵃ—49ᵇ & 52ᵃ—60ᵃ (anepigr.) **Johannis de Braclis Determinatio quaestionis de canonica electione Urbani VI Johanni de Jenczenstayn archiepiscopo Pragensi praesentata a. 1379.** (Cf. cod. XIV. C. 16. f. 156ᵃ—170ᵇ).

f. 51ᵃ—51ᵇ Notae variae ad schisma spectantes.

f. 227ª—268ᵇ »Nota **(Petri Damiani Tractatus) de XLII mansionibus filiorum Israel**, quando educti sunt in desertum de terra Egipti. Sicut dicit apostolus« ╳ »principatum et potestatem.« (Annus subiunctus radendo deletus est.)

2575 *XIV. F. 4.*

chart. saec. XV ff. 223, 22 × 16 cm. 1 m.

(Guilelmi Peralti) Summa vitiorum et virtutum.

f. 1ª (3 ff. desunt, incipit de otio) »ymmo ociosus est plus quam mortuus« . . .

f. 60ᵇ »Explicit media pars summe viciorum per **Johannem de Vr.** (nomen excisum) feria IV ante vocem iocunditatis« . . .

f. 119ª—131ª Registrum operis totius. ╳ f. 223ª »adventum dom. nostri J. Chr.« (cetera desunt folio truncato et codice mutilato).

Ex monasterio Třebonensi.

2576 *XIV. F. 5.*

chart. saec. XIV ff. 132, 21 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—26ª **Arnesti archiep. Prag. Statuta a. 1349 cum Thomae Hibernici Tribus punctis christianae religionis.** ╳ »compilare decrevit. Tak boh day.«

f. 26ª—31ᵇ (anepigr.) **Confessionale.** »Confiteor deo« ╳ »exultemus secum in s. s. Day to boze y ssuata marzy. Explicit confessio satis bona.« (f. 32 deest.)

f. 33ª Fragmentum libri grammatici.

f. 34ª—47ᵇ (anepigr.) **Commentarius in Summam poenitentiae »Peniteas cito«.** »Reclina a malo« ╳ »res aliena« (finis evulsus est). »Expliciunt dicta super summam penitenciarum« (In prooemio summa haec attribuitur Bonaventurae ord. min.)

f. 49ª—64ª Lotharii card. postea **Innocentii papae III Liber de miseria condicionis humanae.** »Dom. . . Portuensi episcopo Lotharius« ╳ »cauma fulgur ignis. Explicit liber« etc. u. s.

f. 65ª—74ᵇ (anepigr.) **Tractatus de ecclesia et sacramentis.** »Notandum est, quod ecclesiarum« ╳ »auxiliando et lavat« (finis deest codice mutilato).

f. 75ª—81ᵇ (anepigr.) **Quaestiones de casibus conscientiae (Stephani vicarii in spir. Prag.?)** »Sciendum est breviter« ╳ »et habilito te ad divina.«

f. 81ᵇ—83ᵇ Notae quaedam de peccatis.

f. 84ª—100ᵇ **S. Bernardi Liber de conscientia.** »Domus hec in qua habitamus« ╳ »frangit et humiliat.«

f. 100ᵇ—121ª Meditationes et preces.

f. 121ᵇ—122ᵇ Fragmentum de peccatis.

f. 123ª—129ª (anepigr.) **Tractatus de deo** carens initio. »substanciam habes« ╳ »Proinde is sit finis libri sed non finis querendi. Explicit.«

f. 129ᵇ—132ᵇ (anepigr.) **Expositio orationis dominicae.** »Fr. Thomas de Aquino: Non dominus« ╳ »orando irritamus. Incipit VI« (cetera desunt codice mutilato).

A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae.

2577 *XIV. F. 6.*

mixtus saec. XIV/XV ff. 161, 21·5 ╳ 15 cm. 1 m.

Breviarium.

2578 *XIV. F. 7.*

chart. saec. XV ex. ff. 160, 21·5 ╳ 14·5 cm. 1 m.

»Orationarium in vitam Jesu Christi.«

f. 1ª »Sepe rogatus sum, ut quomodo simplex religiosus« ╳ f. 160ᵇ »feliciter regnaturi, quod . . . Et sic est finis.«

Operculis adligata sunt fragmenta membran. libri cuiusdam grammatici saec. XIV. A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, deinde monasterii Třebonensis.

2579 *XIV. F. 8.*

chart. saec. XV (pars a. 1440) ff. 248, 22 ╳ 15 cm. d. m.

f. 1ª—11ᵇ **(Dominici Capranicae) Tractatus de arte moriendi.** »Cum de presentis exilii« ╳ »gaudia paciaris in s. s. Explicit allocucio anime fratris morientis.«

f. 12ª—22ᵇ (anepigr.) **Tractatus de communione.** »Probet autem semet ipse homo . . . Si humani generis« ╳ »iudicabit peccata sua«.

f. 22ᵇ—56ᵇ **Johannis de Deo Summa de poenitentia.** »Incipit liber de generibus personarum postulancium . . . Sic tene quod subtiliter« ╳

»sed in amplitudine caritatis. Explicit liber septimus . . . a M. Johanne de Deo compilatus.«

f. 57ª—240ª (Hugonis Argentoratensis) **Compendium veritatis theologicae.** »Veritatis theoloyce sublimitas« ╳ »qui est trinus et unus . . . Et sic est finis.«

f. 240ª—244ᵇ »Incipit Registrum Summe s. Thome« (!) ╳ »Explicit registrum etc. a. d. **1440** in vigilia Mathei.«

f. 244ᵇ—248ᵇ (anepigr.) **Beichtspiegel.** »Ich gib mich schuldig« ╳ »vom ganczen herczn Amen. Inn dem dreyvndfunffzigissten Jar« **(1453).**

Operculis adligata sunt fragmenta membr. codicis liturgici neumati saec. XIII.

2580 *XIV. F. 9.*

chart. saec. XV ex. ff. 96, 21·5 × 14 cm. d. m.

f. 1ª—14ᵇ **Tractatus de poenitentia.** »Incipit quedam instruccio penitere volencium . . . Non veni vocare iustos« ╳ »per dei graciam preservari.«

f. 15ª—94ª **Fasciculus myrrhae passionis dominicae.** »Prohemium. Fasciculus mirre . . . Quamquam clementissimus pater« ╳ »benedicant hic et in eterna sec. sec. Finit feliciter fasciculus mirre passionis dominice alias soliloquium« . . .

f. 94ª—96ª Tria pater noster dicta a quodam capellano cuiusdam papae tempore agoniae mortis eiusdem papae.

Operculis adligata sunt fragmenta membran. libri liturgici notis musicis instructi saec. XIV.

2581 *XIV. F. 10.*

chart. a. 1446 et 1516 ff. 181, 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ª—161ᵇ **Johannis de Gmünden Tabulae astronomicae breviores cum suis canonibus.** (Post registrum:) »Ad instanciam nobilis . . . Alberti de Chunring . . ego Johannes de Gmünden« ╳ f. 78ᵇ »Expliciunt (canones) tabularum astron. . . . scriptique et reportati . . . Vienne finiti. . . a. d. **1446**« (subscriptio magna ex parte evulsa) Sequuntur tabulae ipsae ╳ »in latere tabulae ostendit.«

f. 162ª—165ᵇ **Tractatus de rectificandis genituris humanis.** »Uterque modus tam per almusteli« ╳ »anni bissextilis dies.«

f. 166ª—173ᵇ **Tractatus de tribus directoribus vitae humanae.** »Vite humane directores tres a priscis astrologis« ╳ »gradus coniunccionis quesiti. Finis huius operis per me **Johannem Pächler** a. d. **1516.«**

f. 174ª—175ª »Pro domibus celi erigendis quinque in maiori Almanach habentur tabule« . . .

f. 175ᵇ—176ᵇ »Canones secretiores additi optime medicum concernentes in astrolabio regali.«

f. 177ª—178ª Notae de umbra recta et versa.

f. 179ª—179ᵇ »Wildu obseruieren verum locum lune oder ains andern stern« . . .

f. 180ª—181ª Registrum alterum operis Johannis de Gmünden praecedentis.

Nota in fol. praeligato: »Tegriensis (= Tegernsee) cenobii sum ego presens liber, emptus ab heredibus . . . Joannis Pächleri vicarii in Egern, qui a. d. 1535 octavo die Junii obiit«. De posterioribus codicis fatis nil constat.

2582 *XIV. F. 11.*

chart. saec. XV ff. 207, 22 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—187ª **Sermones de sanctis magnam partem M. Johannis Hus** (quibus inserta sunt: f. 90ª—96ª Vita s. Aegidii, f. 159ª—160ᵇ Fabulae allegoricae, f. 161ª—162ª Expositio super Ave Maria).

f. 188ª—207ᵇ S. **Johannis Chrysostomi Liber** »de compunccione« (= **de reparatione lapsi**). »Quis dabit capiti meo« × »medicamenta non queras.«

A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, deinde monasterii Borovanensis.

2583 *XIV. F. 12.*

membran. saec. XIV ff. 271, 20·5 × 15 cm. d. m.

Breviarium monasterii s. Georgii in castro Pragensi praecedente calendario, in quo occurrunt anniversaria parentum et cognatorum Sophiae de Pětichvost abbatissae († 1345).

Sine dubio ex monasterio S. Georgii.

2584—2601 *XIV. F. 13. a—p & 14, 15, 16.*

Codices 18 chart. saec. XVIII, 21 × 16 cm., a diversis novitiis Sedlecensibus dilucide exarati.

Antiphonaria XVIII notis musicis instructa monasterii Sedlecensis magnam partem consona.

Ex monasterio Sedlecensi.

2602 *XIV. F. 17.*

chart. saec. XVIII ff. 54, 18·5 × 14 cm. 1 m.

Breviarium particulare monasterii Sedlecensis, horas canonicas hebdomadae sacrae comprehendens.

Sine dubio ex monast. Sedlecensi.

2603 *XIV. F. 18.*

chart. saec. XV (pars a. 1473) ff. 70, 20·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ª Fragmentum finale cuiusdam comoediae, in qua producuntur personae: Theobaldus, Hieronymus, Stephanus, Petrus. × »mecum domum meam petite. Valete et plaudite. R. recensui. Et sic est finis.«

f. 2ª—12ᵇ **Tractatus** »**de modo artificioso studendi et memorandi et intelligendi**« auctore quodam magistro Pragensi. »Magnam cuiuslibet artis vim comparat artifex« × »studiorum precepta suscipite.« (Idem opus v.: I. F. 11 f. 144 et I. D. 12 f. 202; in cod. Vind. 4342 opus hoc cuidam Martino attribuitur.)

f. 13ᵃ—21ᵇ (anepigr.) **Thesaurus philosophicus seu via ad bonarum artium introitum.** »Quamvis scolasticis occupacionibus« ╳ »spectabimus perfrui. Et sic est finis a. (14)73 quarta Januar.«

f. 21ᵇ—24ᵇ Auctoritates ex Aristotelis operibus excerptae.

f. 25ᵃ—69ᵃ **Sedulii Carmen paschale notis interlinearibus illustratum.** »Paschales quicunque dapes« ╳ »per tanta volumina libros. Explicit Sedulius scriptus in Slagwyerd in fornace dicentes (sic) finitus die dominico ante festum s. Martini E herzess. mylytka. nedbay nycz. Dorotko, Petrusko, Katherzynko, Markletko.«

f. 70ᵃ—70ᵇ **Rhetorica deutsch.** »Hie wahet an Eyn Rethorica haltende« ╳ »dan do congrue gereth oder geschriben wurt« (cetera desunt).

2604 *XIV. F. 19.*

chart. saec. XV ff. 125, 20 ╳ 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—42ᵇ (anepigr.) **Summa metrica Prisciani voluminis minoris seu Florista cum notis interlinearibus et marginalibus.** »Flores grammatice propono scribere« ╳ »tollere luctus. Expl. florista.«

f. 43ᵃ—46ᵇ Notae variae grammaticae, una historica f. 46ᵇ: »A. 1470 rex Ungarie invasit terram Moravie et iacuit circa Hodonyn contra Bohemos.«

f. 47ᵃ—78ᵇ (anepigr.) **Johannis de Garlandia Carmen de synonymis cum notis interlinearibus et marginalibus.** »Ad mare ne videar« ╳ »germani sunt veterini (sic). Expliciunt synonyma.«

f. 80ᵃ—105ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Carmen de aequivocis cum notis interlinearibus et marginalibus.** »A nomen signat« ╳ »ac ymitatur.« (Utrumque carmen apud Leyserum.)

f. 106ᵃ—113ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Carmen de compositis cum notis interlinearibus et marginalibus.** »Am si preponas« ╳ »modis variis dis. Expliciunt composita verborum.«

f. 114ᵃ—121ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Carmen de deponentibus.** »Vescor, compacior« ╳ »dic: hii bene concionantur« (finis deest folio uno evulso).

f. 122ᵃ »Iste liber est Stanislai de Olomuncz.«

f. 122ᵇ—125ᵇ Notae variae et probationes pennae, quibus redundant etiam duo folia praeligata et utrumque operculum.

Ex monasterio Třebonensi.

2605 *XIV. F. 20.* (*Y. II. 5. n. 35.*)

chart. a. 1413 ff. 156, 21 ╳ 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—16ᵇ **Petri Hispani (postea Innocentii XXI) Tractatus de syllogismis.** »Proposicio est oracio« ╳ »Octava regula est a particulari ad suam indefinitam« (finis deest folio uno exciso).

f. 17ᵃ—42ᵇ **Eiusdem Dialectica.** »Dialectica est ars arcium« ╳ »probans conclusionem, que debet confirmari« (cetera desunt sequentibus foliis scriptura vacantibus).

f. 43ᵃ—51ᵇ **Eiusdem (?) Tractatus de suppositionibus.** »Expedit, ut terminorum accepcio« ╳ »patet in libro de consequenciis, et regule sufficiant cause brevitatis . . . Expliciunt supposiciones per manus **Erhardi de Egra a. d. 1413.**«

f. 52^a—59^b (anepigr.) **Thomae Maulevelt Tractatus de confusionibus cum notis marginalibus.** »Affectuose cognicionem« ╳ »sed consequens falsum. Et sic est finis de confusionibus.«

f. 60^a—69^a **Tractatus de consequentiis cum notis marginalibus.** »Quoniam in sophismatibus« ╳ »breviter compilari. Explicit liber consequenciarum per manus **Erhardi de Egra** a. **(14)13.**«

f. 69^b—81^a **Richardi de Billingham Tractatus de probationibus propositionum categoricarum cum notis marginalibus.** »Terminus est, in quem resolvitur« ╳ »unam, que tibi placet . . . Explicit textus Biligam.«

f. 81^b—88^b (anepigr.) **Tractatus de insolubilibus.** »Restat nunc dicere de insolubilibus« ╳ »porriguntur exempla. Et de insolubilibus dicta sufficiant, et sic est finis.«

f. 89^a—99^b (anepigr.) **Tractatus de obligationibus.** »Circa obligaciones sophisticas« ╳ »sor non est coloratus. Et sic est finis de obligacionibus.«

f. 100^a—102^b (anepigr.) **Tractatus de resolutionibus.** »Omnis disciplina intellectiva« ╳ »propter racionabilitatem.«

f. 103^a—108^a (anepigr.) **Tractatus de inventione medii, de potestatibus syllogismorum, de restrictionibus, de appellationibus, de reduplicationibus.** ╳ »Expliciunt reduplicaciones a. **1413.**«

f. 108^b—113^b (anepigr.) **Tractatus de ampliationibus et de fallaciis.**

f. 114^b—129^b (anepigr.) **Tractatus de fallaciis** alius. »Syllogismus alius est syllogismus demonstrativus« ╳ »prout declaratum est in reduccione. Et sic est finis harum fallaciarum.«

f. 130^a—131^a Notae variae philosophicae.

f. 131^b **Slovníček latinsko-český** (as 50 slov).

f. 132^a—156^b (anepigr.) **Tractatus de philosophia cum commentario.** »Circa inicium philosophie. Ad philosophiam te transfer . . . (textus) Natura est principium« ╳ »id est simplicius. Explicit tractatulus philosophie.«

In fol. praeligato annotata est series contentorum. Libro hoc usos esse studentes universitatis Pragensis docent notae: 1. in fol. membran. praeligato: »Mag. Martinus incepit legere parva loyacalia fer. II post trinitatis a. 1474«, 2. in fronte f. 89^a: »1472 fer. III in vigilia Simonis et Jude Mag. Gregorius de Praga.« In operculo super. manu saec. XV annotatum est precium: »Iste liber pro XV denariis.« Item notabilis est inscriptio in fol. membran. (fragmento cuiusdam libri grammatici saec. XIII/XIV): »Zateczty bratrzy Zizkowy«. Vetus sign. G, 34.

2606 *XIV. F. 21.* (*Y. III. 4. n. 61.*)

chart. saec. XIV ex. (pars a. 1394) ff. 66, 21 ╳ 15 cm. d. m.

f. 1^a—8^b Pseudo-**Aristotelis Liber de pomo et morte.** »Cum homo creaturarum nobilissima« ╳ »debetur gloria celis. Explicit liber de pomo et morte.«

f. 8^b—16^b »**Liber de mania**« (cuius auctor in prooemio vocatur »Faczlaus Schamius capellanus de Zalchum«) »Cum sit omnium arcium« ╳ »paratus sum edoceri. Explicit liber de mania **(13)94.**«

f. 17^a—34^b **Aristotelis Liber de generatione et corruptione.** »De generacione autem« ╳ »densitate et raritate. Explicit liber de generacione Aristotelis per manus **Nicolai de Curia**« (?)

f. 35^a—57^a »**Marsilii (de Inghen) Abbreviata super de celo et mundo**«. »Expeditis iuvante deo« ╳ »esse plures mundi« (finis deest).
f. 58^a—61^b »Declinacio omnium parcium oracionis.«
f. 62^a—66^b **Sophismata varia**.
In operculo super. extrinsecus annotatus est catalogus contentorum manu saec. XV, in cuius fine legitur: »pro sex grossis nil remissius«. Vetus sign. P, 49.

2607 *XIV. F. 22.*

membran. saec. XIII ff. 53, 16 × 11 cm. d. m.

Sermones varii, quibus f. 8^a—9^b inserta sunt **Proverbia metrica et prosaica**.

2608 *XIV. F. 23.*

chart. a. 1750 pp. 223 num., 22 × 17 cm. 1 m.

Tractatus de natura et gratia.
Nota in fronte f. 1^a: »Nissae 1750 Novemb. 2.«

2609 *XIV. G. 1.*

chart. saec. XVII ff. 120, 20 × 15 cm. d. m.

Compendium responsionum generalium S. J. a primordiis usque ad a. 1644 communicatarum, ordine alphabetico digestum. Accedunt f. 109—120 Responsa et resolutiones quaedam ex consultationibus cum PP assistentibus habitis collectae a. 1598—1644.
Sine dubio ex bibl. S. J. Clementina.

2610 *XIV. G. 2.*

chart. saec. XV (pars a. 1442) ff. 117, 21·5 × 15 cm. 2 m.

f. 1^a—47^a »**Liber exemplorum**« (= **Moralitates**). »Cap. I de amore. Ptholomeus Almagesti I° Ignis« ╳ »talis res visa quelibet apparebit. Sed de hoc requiratur supra.«
f. 47^a—48^a Tabula operis praecedentis.
f. 48^a—85^b (anepigr.) **Tractatus de X praeceptis**. »Intendentes igitur pro communi exortacione« ╳ »vinum quod letificat deum et homines« . . .
f. 85^b—89^b Tabula tractatus praecedentis. ╳ »Expl. tabula . . . per **Johannem Lupum de Domassyn** nacione fer. III ante festum spiritus sancti sub a. d. **1442**.«
f. 90^a—117^a **Gesta Romanorum**. »Incipit Romanorum hystoria mistice designata. De milite« ╳ (de campana et serpente) »quamdiu vixit, lapidem bene custodivit.«
Operculis adligata sunt fragmenta membran. codicis grammatici saec. XIV. Codex a. 1609 bibliothecae Rosenbergicae, postea monasterii Třebonensis fuit.

2611 *XIV. G. 3.*

chart. saec. XV ff. 157, 21 × 15 cm. 1 m.

Sermones de sanctis carentes initio et fine (quibus passim insertae sunt pericopae bohemicae).

2612 *XIV. G. 4.*

chart. saec. XV ff. 134, 21·5 × 15 cm. d. m.

f. 1ᵃ—49ᵇ (anepigr.) **Georgii notarii regis Poloniae Rhetorica cum formis literarum ad res polonicas saec. XV spectantium.** »Rethorica est sciencia« × »Et sic est finis huius exercicii pronuncciati per notarium regis Polonie.«

f. 49ᵇ—53ᵃ Formae quaedam literarum.

f. 53ᵇ—109ᵇ **Cancellaria Caroli IV** (edid. F. Tadra Hist. archiv čís. 6, cf. p. X).

f. 110ᵃ—124ᵇ »**Summa bonorum**« (**carmen de moribus diversorum statuum**). »Docmata doctorum« × »quas incipiatis.«

f. 124ᵇ—129ᵇ **Carmina de X praeceptis, de VII mortalibus peccatis.** × »Explicit summa bonorum et honorum (!) finita K . . (lacuna) in die« (sic — carmina haec a Summa praecedente omnino discrepant).

f. 129ᵇ—134ᵇ (anepigr.) **Visio Philiberti seu altercatio corporis et animae.** »Ecce mundus moritur« × »pro qua debuisti« (cetera desunt). Edid. Karajan, Frühlingsgabe, Wien 1839; initium autem poëmatis editum est in Serapeum 1855 p. 78.

2613 *XIV. G. 5.*

chart. saec. XV ff. 83, 21·5 × 15·5 cm. d. m.

f. 1ᵃ—45ᵇ **Isaac (Syri) Sermones de anima.** »Anima, que deum diligit« × »in sec. sec. non tenebrescit illi.«

f. 45ᵇ—47ᵇ »Tabula super librum, qui dicitur Ysaac.«

f. 48ᵃ—49ᵃ **S. Bernardi (recte Arnulfi monachi de Boeriis) Speculum monachorum.** »Si quis emendacioris vite« × »quasi ipse et deus sit solus. Hec Bernhardus.«

f. 49ᵃ—58ᵇ **S. Augustini Libellus de imagine (= Manuale).** »Quoniam in medio laqueorum« × »terrestrium occupacione delectari. Explicit.«

f. 59ᵃ—74ᵃ **Henrici de Hassia Sermo exhortatorius de abdicatione proprietatis ad religiosos.** »Ecce nos reliquimus omnia« × »bonusve auditor. Expl. sermo exhort. rev. quondam M. H. de H. studii Parisiensis swadens abdicacionem . . . «

f. 75ᵃ—79ᵇ (anepigr.) Sermones duo de vita contemplativa.

f. 79ᵇ—81ᵇ **S. Basilii Tractatus de vita solitaria.** »Libet singularis vite« × »perhenniter apud deum.«

f. 81ᵇ—83ᵃ **S. Bernardi (?) Carmen de vita monastica.** »**Si vis esse cenobita.**«

f. 83ᵃ—83ᵇ Notae variae theologicae.

2614 *XIV. G. 6.* (*Y. I. 1. n. 133.*)

membran. saec. XIII/XIV ff. 111 num., 20·5 × 14 cm. d. m.

f. 0ᵃ—55ᵃ **(Rogerii Salernitani Practica maior).** »Incipiunt Rogerine. Sicut ab antiquis habemus« × »Et hec de sinthomatibus dicta sufficiant.«

f. 55ᵃ—60ᵇ »Incipiunt alie Rogerine« (de aquis, oleis, sirupis).

f. 60ᵇ—64ᵇ (anepigr.) **Eiusdem Practica minor.** »De purgacione calide materie. Cum autem medicinalis artis« ⨯ »Item dico de mitridato.«

f. 64ᵇ—66ᵃ **»Incipit (eiusdem) Liber quid pro quo.** »Cum antimelon (sic) libros« ⨯ »pro ytis yllirica yrtes. Explicit liber Rogerine.«

f. 66ᵇ **»Cure Mag. Johannis Mauri.«**

f. 67ᵃ »Cura contra asma.«

f. 68ᵃ—74ᵇ **Tractatus de quaestionum solutionibus et de effectibus qualitatum.** »Cum questionum fere omnium« ⨯ »extinguitur. Et hec de effectibus qualitatum dicta sufficiunt.«

f. 74ᵇ—79ᵃ **Tractatus de saporibus.** »De saporibus tractaturi« ⨯ »prestare odorem. Et hec de saporibus et odoribus dicta sufficiant.«

f. 80ᵃ—110ᵃ **Constantini Africani, mon. Casinensis, Tractatus de stomacho.** »Rever. Salernitane ecclesie archipresuli« ⨯ »omnia indigestibilia.«

f. 111ᵇ (saec. XV in.) Literae cuiusdam G. N. de Rakovník, clerici Prag., studentis artem medicinae, ad sedem apostolicam, quibus petit, ut sibi provideatur de aliquo beneficio ecclesiastico in dioecesibus Prag., Wratisl., Olomuc.

In operculo super. inter alias notas medicas occurrit manu saec. XIV/XV scripta benedictio bohemica (**Říkání na zacelení rány**). Ibidem annotatum est saec. XV pretium: »Liber 28 gr. constat.« Vetus sign. C, XX.

2615 *XIV. G. 7.*

chart. saec. XVII ff. 390 (pp. 779 num.), 20⨯16 cm. d. m.

»Praelectiones naturales Theodori Moreti« S. J.

Codex maximam partem autographus; p. 206 auctor adnotavit: »A. 1623, 2. Aug. Lovanii«.

2616 *XIV. G. 8.*

chart. saec. XVII ff. 122, 19·5⨯15·5 cm. d. m.

Tractatus astronomici, astrologici, geometrici, physici (f. 1ᵃ—8ᵇ De motu caeli et terrae, f. 9ᵃ—20ᵇ horologiographia, f. 21ᵃ—26ᵃ ars delineandi, f. 26ᵇ—35ᵇ de illuminatione lunae, f. 36ᵇ—40ᵇ de magnitudine solis, lunae et terrae, f. 41ᵃ—45ᵃ exercitatio astrologica, f. 46ᵃ—51ᵃ de stella polari, f. 52 prognosticon astrologicum ad annos 44, f. 53ᵃ—77ᵇ de architectura, f. 78ᵃ—87ᵃ tractatulus geometricus inscriptione spoliatus, f. 88ᵃ—105ᵃ optica, f. 106ᵃ—107ᵇ de horologiis, f. 108ᵃ—122ᵃ astrologia medicorum) **partim in universitate Pragensi S. J. Clementina praelecti.** (Quorsum spectet inscriptio in dorso libri »Mexandini astrologi«, nescio.)

2617 *XIV. G. 9.*

chart. saec. XVIII ff. 156, 20⨯17 cm. 1 m.

Resolutiones generalium ordinis Cartusiensis super dubiis variis circa statuta exortis a. 1603—1736 cum indice rerum alphabetico.

Sine dubio ex cartusia Waldicensi.

2618 *XIV. G. 10.*

chart. saec. XVII ff. 46, 20·5 × 16 cm. d. m.

f. 1a—11b »Theatrum chronologicum universalis historiae, comoediae et tragoediae mundi etc. ab initio orbis conditi usque ad tempora 25 Martii a. 1653 continuatum.« (Praefatio operis et argumentum, cf. cod. XII. G. 1 & 12.)

f. 12a—30a »Tabulae chronologicae in historiam universalem a Christo nato usque in haec tempora.«

f. 31a—36b »Elogia Caesarum XII Suetonii.«

f. 37a—46b »Carmina proverbialia excepta e libro quodam Basileae impresso in officina Oporina a. 1582.«

2619 *XIV. G. 11.*

chart. saec. XIV/XV ff. 152, 21 × 15 cm. 1 m.

f. 1a—100b Hugonis (recte **Honorii Augustodunensis**) **Commentarius in Cantica canticorum**. »Sermonis (sic) donum sapiencie« × »gracias agamus.«

f. 101a—114a (anepigr.) **Confessionale**. »Confessio est salus animarum« × »misero peccatore. Explicit confessio.«

f. 114b—124a (inscriptio evulsa) De VII aëris regionibus, de VII planetis, de XII mensibus.

f. 124a—126a (anepigr.) Descriptio montium praecipuorum terrae (in fine etiam paradisi).

f. 126b—131b Sermones aliquot.

f. 132a—137b (anepigr.) **Vita Adae et Evae in exilio**. »Cum expulsi essent« × »regnabunt per infinita s. s.«

f. 137b—152a (anepigr.) **Evangelium Nicodemi seu Gesta Pilati**. »Factum est in anno XIX« × »in pretorio meo. Valete etc.«

f. 152a—152b **Confessionale metricum**.

Operculo infer. adglutinatae sunt **Literae fr. Jehlini (de Wodňan) in Zderaz rectoris ecclesiae ad monachos quosdam datae et propria manu scriptae, ut presbyterum quendam Matthiam — cum sciat theutunicum — in monasterium suscipiant.** S. a. Saec. XV codex erat monasterii Borovanensis, a. 1609 bibliothecae Rosenbergicae, postremo iterum monasterii praefati.

2620 *XIV. G. 12.*

chart. saec. XVII et XVIII ff. 185, 19 × 15·5 cm. d. m.

»**Necrologium . . . fratrum ord. s. Benedicti provinciae Boëmicae et Moravicae nec non fundatorum ac benefactorum monasterii s. Procopii cis Sazawam ord. s. Benedicti**« (ab ordinis primordiis usque ad finem saec. XVIII).

Sine dubio ex monasterio Sazaviensi.

2621 *XIV. G. 13.*

chart. saec. XVIII ff. 34, 20·5 × 16 cm. 2 m.

Copiarium bullarum papalium indulgentias varias canonicis Lateranensibus et ecclesiae Carloviensi concedentium saec. XVII et XVIII.

Nota in fronte f. 1ª: »Ex libris **Bernardi Thomae Santman decani et parochialium Carloviensium administratoris**« (qui etiam maximam partem codicis propria manu perscripsisse videtur) »nunc canoniae Carloviensis Neo-Pragae.«

2622 *XIV. G. 14.*

chart. saec. XVIII ff. 46, 20·5 × 16 cm. 1 m.

»**Epitome Augustiniana seu Origo et progressus fundationis provinciae Boemo-Germanicae ord. eremitarum discalc. s. Augustini Pragae in Boemia ad S. Wenceslaum in Nova civitate primum inchoatae a. 1623. Breviter excerpta ex antiquis manu scriptis P. Josephi ab Annunciatione b. v. M.**« (prof. a. 1632 Pragae.) Sequuntur nomina fratrum, conventuum, protectorum, provinciarum, vicariorum generalium, patrum provincialium eiusdem ordinis usque ad a. 1754; praecedunt contributiones provincialibus ad capitulum generale profecturis a singulis conventibus Boëmo-Germanicis pendi solitae et nomina undecim patrum et fratrum, qui primi ex Italia in Germaniam advenerunt.

Ex conventu eremit. ad s Wenceslaum Neo-Prag.

2623 *XIV. G. 15.* (*Y. III. 4 n. 50.*)

chart. a. 1689 ff. 55, 21 × 16 cm. 1 m.

»*Ἑλλαδ(οποϱ)εία* **id est iter in Graeciam sive Praxes exercitationum graecanicarum . . . exhibitae a Georgio Iwanek S. J. a. 1689.**«

Addita est approbatio praepositi provincialis manu ipsius subscripta (Reginae-Hradecii 19 oct. 1691), ut opusculum typis mandetur, quod tamen omissum esse videtur.

2624 *XIV. G. 16.*

chart. saec. XVIII ff. 23, 20·5 × 16·5 cm. 1 m.

Summarium quaestionis motae inter PP. Boemicae et Germanicae nationis ord. erem. discalc. s. Augustini congregationis Italiae super electione quarti definitoris ex Germanis assumpti, ubi post resignationem Boemi debebat eligi alius Boemus, in definitorio provinciali Viennae in conventu s. Augustini celebrato die 12. Martii a. 1699.

Ex conventu s. Wenceslai Neo-Pragae.

2625 *XIV. G. 17.*

chart. saec. XIV ex. ff. 207 num., 20 × 15 cm. d. m.

f. 1ª—10ᵇ **S. Bernardi** (falso!) **Meditationes.** »Multi multa sciunt« × »dominum glorie. Expl. meditaciones b. Bernhardi abbatis. Hoc ille scribsit, qui primo scribere discit.«

f. 10ᵇ—12ᵇ Notae theologicae variae.

f. 13ª—13ᵇ **S. Augustini Tractatus (seu potius sermo) de contemptu mundi ad clericos.** »Audite fratres karissimi« × »reddamus gracias J. Chr. . . . Expl. tractatus« etc. u. s.

f. 13ᵇ—14ᵇ S. **Bernardi (recte Arnulfi de Boeriis) Libellus de vita monachi quotidiana (= Speculum monachorum).** »Si quis emendacioris vite« ╳ »deus sit solus.«

f. 14ᵇ—15ᵃ »Dictum Isaac abbatis Syrie de informacione iuvenum ex ultimo capitulo libri sui de XII sermonibus.«

f. 15ᵇ—18ᵇ (anepigr.) **Catalogus librorum monasterii Třebonensis.** (Cf. Mareš, Čas. Mus. 1896 p. 523.)

f. 19ᵇ **Necrologium monasterii Třebonensis** (edid. Loserth, Mittheilgen d. Ver. f. Gesch. d. D. XVII p. 220 sq.), **concernens annos 1367—84** asseverante J. Salaba Věstník k. spol. 1902 čís. 13.

f. 20ᵃ—23ᵇ **Hugonis de S. Victore Soliloquia de arra animae.** »Soliloquium de a. a. ut discamus« ╳ »concupisco. Et sic est finis libelli soliloquiorum Hugonis, qui vocatur proprie arra ipsius anime.«

f. 24ᵇ—26ᵇ Notae theologicae variae.

f. 27ᵃ—41ᵃ **(Alexandri de Villa Dei) Biblia pauperum cum notis interlinearibus.** »Sex prohibet« etc.

f. 43ᵃ—61ᵃ **»Articuli contra dom. Conradum (Waldhauser) predicatorem ecclesie s. Galli per fratres Augustinenses« cum Apologia eiusdem.** (Edid Höfler, Geschichtschr. II, 17 sq.)

f. 61ᵇ Nomina canonicorum regul. monasterii Třebonensis a. 1382 adnotata (edid. Loserth, l. c., p. 222).

f. 62ᵇ—65ᵃ Fragmenta necrologii Třebonensis supra recensiti.

f. 66ᵃ—80ᵇ Evangelia quadragesimalia.

f. 81ᵇ Fragmentum Luciferi epistolae ad clerum.

f. 82ᵃ Excerpta quaedam ex Ovidio, ut videtur.

f. 83ᵃ—88ᵃ Passio Christi secundum Johannem cum glossa.

f. 89ᵃ—90ᵃ Sermo de poenitentia.

f. 91ᵃ—92ᵇ (anepigr.) **Conradi Waldhauser Prologus postillae studentium s. Prag. univers. et Sermo super »Cum appropinquasset«.**

f. 93ᵇ—156ᵇ **Sermones varii,** quibus passim insertae sunt diversae notae theologicae, et f. 126ᵇ—128ᵇ planctus b. Mariae bohemicus notis instructus — **Pláč sv. Máří** (edid. Šafařík, Čas. Mus. 1848, II, 266 sq. et Zd. Nejedlý, Dějiny předhusitského zpěvu p. 307, cf. ČČM 1891 p. 185).

f. 157ᵃ—164ᵇ Fragmentum cuiusdam dictionarii theologici.

f. 165—167 vacua sunt.

f. 168ᵃ—180ᵇ Fragmentum tractatus cuiusdam de anima et sermones duo.

f. 181ᵃ—184ᵇ **Speculum humanae salvationis.** »Incipit prohemium cuiusdam nove compilacionis« ╳ »me gratum tibi faciat. Amen.«

f. 185ᵃ—188ᵃ **Hymni aliquot Mariani notis instructi,** quorum unus est apud Mone 552.

f. 188ᵇ—195ᵇ (anepigr.) **Dialogus increduli et ecclesiae de sacramento altaris.** »Nota quod magna fide« ╳ »indulgencie a papa predicto.«

196ᵃ—207ᵇ **»Miracula de s. corpore Christi«** et alia.

In fol. praeligato manu coaeva exaratus est index contentorum prohdolor mancus. In operculo infer. manu saec. XV notatum est: »Liber monasterii domus s. Egidii canonicorum regularium in Witignaw alias in Trzebon.« A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, postea iterum monasterii Třebonensis.

2626 *XIV. G. 18.*

membran. saec. XIII ff. 62, 20 × 12·5 cm. 1 m.

»Epistole Leonis pape (III) de fermentato et azymo.«

f. 1[a] »Prefulgente gracia s. et individue trinitatis« × f. 60[a] »dignetur concedere venire Amen. Explicit.«

f. 60[a]—62[a] Diversi papae quid senserint de titulo »patriarcha universalis« × (alia sed coaeva manu:) »Epistole dom. Leonis pape de fermentato et azimo, quas scripsit contra calumpniam grecorum. Prima ad archiepiscopum Durahcii, altera ad Nicetam, tercia ad Michaelem et Leonem episcopos. Codex grecus.« (Tertiam vide apud Migne tom. 143 col. 744 sq.)

In operculo super. manu saec. XV annotatum est: »Liber de libris communitatis dominorum Pragensium.« Ibidem sequuntur versus manu saec. XIII inscripti: »Corpora magnanimo satis est stravisse leoni. Sed lupus et turpes instant morientibus ursi.«

2627 *XIV. G. 19.*

membran. saec. XIV ff. 235, 20 × 14 cm. d. m.

f. 1[a]—16[b] **Isidori Hispalensis Liber de conflictu vitiorum et virtutum.** »Apostolica vox clamat« × »attende que dico« . . (Opus hoc ab aliis s. Augustino, ab aliis s. Ambrosio oc. attribuitur.)

f. 17[a]—27[b] (anepigr.) **Etherii episc. Uxomensis Duo opuscula adversus Elipandum archiep. Toletanum.** »Hanc epistolam quam legimus« × »pater maior me est.«

f. 28[a]—82[b] **Isidori Hispalensis ad Florentinam sororem contra Judaeos libri duo.** »Quedam, que diversis temporibus« × »habitat in eternum.«

f. 83[a]—113[a] **Eiusdem Soliloquia (seu Synonyma).** »In subsequenti libro« × »supra vitam meam places.«

f. 114[a]—138[b] **Eiusdem Liber de ortu, vita et obitu patrum.** »Adam prothoplaustus« (sic) × »cum laudibus defferuntur« (sic).

f. 139[b]—145[a] Tabula operis subsequentis.

f. 145[b]—230[a] **Eiusdem Liber de viris illustribus.** »Hortaris me, Dexter« × »est tumulatus.«

f. 230[b]—235[a] **Gregorii papae I Epistola ad Recaredum regem Gothorum.** »Explere (sic) verbis« × »custodiat, reverentissime (sic) frater.«

Nota manu saec. XV scripta ad calcem f. 28[a]: »Iste liber est domus b. Marie de Conis ord. Cartusiensis prope Yspas« (?).

2628 *XIV. G. 20.*

chart. saec. XV ff. 165, 21 × 16 cm. d. m.

f. 1[a]—8[b] **Boccaccii Historia de Griselide a Fr. Petrarca in latinum traducta.**

f. 11[a]—13[a] Nomina et genealogia deorum gentilium.

f. 14[a]—20[a] **Dominici Sabinensis Opus de commodis et incommodis mulierum.** »Cum multi ex latinis et grecis« × »ammota mensa surreximus. Et tantum de illo.«

f. 20ᵃ—123ᵇ **Aeneae Sylvii (postea Pii II papae) Epistolae diversae** (de quibus Voigt, Archiv f. Kunde österr. Gesch. XVI p. 332: »der Codex enthält mehrere Briefe des Aeneas, doch keine neuen«).

f. 126ᵃ—136ᵇ **Acta concilii Basiliensis cum Bohemis** »summatim et conclusionatim rescripta«. × »Finis 1467.«

f. 139ᵃ—149ᵃ **Invectiva in M. Hermannum, praedicatorem in Montibus Kutnis, a. 1416 conscripta** (cuius partem edid. Palacký, Docum. p. 631).

f. 150ᵃ—154ᵇ (anepigr.) **M. Wenceslai de Chrudim (alias de Choczna) Recommendatio baccalariorum Johannis de Wolina et Johannis de Strziebro a. 1467 propria manu conscripta praecedentibus sophismatibus ab iisdem dissolvendis.**

f. 155ᵃ—159ᵃ **Eiusdem ad Wenceslaum Moravum, rectorem in Chrudim, Epistola de suis in Italiam itineribus duobus.**

f. 159ᵇ—165ᵇ Sequuntur eiusdem magistri notae variae res scholasticas in universitate Pragensi concernentes et tres epistolae.

Dubitari non potest, quin codex hic M. Wenceslai de Chrudim fuerit. (Cf. Č. Čas. hist. 1903 p. 194.) Sed a. 1609 obtigit bibliothecae Rosenbergicae, deinde monasterio Třebonensi.

2629 *XIV. G. 21.*

chart. a. 1661—62 ff. 11 + 256 (pp. 512 num.), 20 × 16 cm. d. m.

»**Nova** (superscriptum: vel potius Antiqua) **philosophia naturalis** fundamentalis, realis, christiana, catholica, selecta, antiaristotelica, antigalenica **conscripta** a me et collecta **a. 1661** (p. 492: finita a. **1662**) pro mea privata directione.« (Auctor est quidam eremita discalc. s. August. in monasterio s. Wenceslai Neo-Pragensi.)

Ex monast. s. Wenceslai Neo-Pragensi.

2630 *XIV. G. 22.*

chart. saec. XV ff. 201 (pp. 402 num.), 21 × 15 cm. 1 m.

f. 1ᵃ—20ᵇ **(Jacobi de Misa?) Auctoritates pro communione sub utraque specie.** »Quod non solum sacerdotes« × »et in aliis multis hoc idem patet.«

f. 21ᵃ—85ᵇ (anepigr.) **Jacobi de Misa Tractatus de communione adversus Andream de Broda** (edid. Hardt III, 416 sq.).

f. 86ᵃ—200ᵃ (anepigr.) **M. Johannis Hus Lectura super libro IV Sententiarum.** »Si quis vestrum indiget sapiencia« × »ad finem leccionis potui pervenire.«

f. 200ᵇ—201ᵇ Tabula rerum in lectura occurrentium alphabetica.

2631 *XIV. G. 23.*

chart. saec. XV ff. 118, 21 × 15 cm. 1 m.

Dictionarium theologicum, cui in operculo inscribitur »**Peregrinus**«.

f. 1ᵃ »Amicus. Nota quod homo habet triplicem amicum« × f. 118ᵇ (voluntas) »estimari non potest . . Explicit iste liber per manus cuiusdam . . . (nomen erasum) magistri.«

Ex monasterio s. Coronae.

2632 *XIV. G. 24.*

chart. a. 1770—1797 ff. 56, 21 × 17 cm. d. m.

»**Directorium agendorum per integrum anni cursum pro . . . patre guardiano conventus Hradistiensis (Capucinorum) a. d. 1770 compositum et conscriptum**« (cum notis quibusdam ad a. 1796 et 1797 spectantibus).

Ex monasterio Hradištěnsi.

2633 *XIV. G. 25.*

chart. a. 1663 ff. 103, 18·5 × 16 cm. 1 m.

»**Origo et propagatio eremitorii nostri sacri discalceatorum s. P. Augustini compendiose adumbrata a. Chr. 1663.**«

Sine dubio ex conventu August. Neo-Pragensi ad s. Wenceslaum.

2634 *XIV. G. 26.*

chart. saec. XVII ff. 121, 19 × 15·5 cm. d. m.

f. 1^a-65^a »**Compendiosa methodus arithmeticae**« **et physicae.**

f. 66^a-104^b »**Disputatio de partibus corporis humani integrantibus.**«

f. 105^a-121^a »**Pathosophia. Tractatus ethicus de passionibus seu affectibus animi.**«

»Domus professae S. J. Micro-Pragae.«

2635 *XIV. G. 27—43 = 1 vol.*

chart. saec. XVII—XVIII, 21 × 17 cm., ex compluribus libellis coadunatus.

N. 27. »**Relatio mortis . . . Joannis Friderici e comitibus de Waldstein, archiepiscopi Pragensis, conscripta ab Antidio Dunod sacerdote Burgundo in ea praesente.**« (22 ff. — saec. XVII ex.)

— 28. »**Privilegia Praemonstratensibus concessa.**« (4 ff. — saec. XVII/XVIII.)

— 29. »Notata memoratu digna de monasterio s. Procopii excerpta ex Menckenio.« (8 ff. — s. XVII/XVIII.)

— 30. »**Fragmenta canoniam (Carloviensem) partim et partim ordinem (canonicorum regularium s. Augustini) attingentia.**« (62 ff. — saec. XVI/XVII — cf. Navrátil, Paměti Karlova p. 158.)

— 31. (anepigr.) Nomina confessorum et communicatorum (1 f. — saec. XVII).

— 32. »**Resolutiones quaedam faciendorum aut omittendorum in officio divino**« **(in abbatia ad S. Procopium).** (7 ff. — saec. XVII/XVIII.)

— 33. »**Annalia memoratu digna ratione monasterii Ostroviensis**« (sed tantum inest Přemyslai regis confirmatio privilegiorum a. 1205 facta et a. 1701 vidimata). (16 ff. — saec. XVIII.)

— 34. »**Copiae bullarum monasterii Břevnoviensis.**« (7 ff. — saec. XVII/XVIII.)

— 35. »**Epistola pastoralis . . . ad mensam in refectorio (conventus servorum b. Mariae v. Rabensteinensis) legenda.**« (26 ff. — a. 1731).

— 36. **Viti Georgii Tönnemann S. J. Literae patentes datae ad Lud. Franc. Przikril ord. crucig. cum rubeo corde, caes. praesidis in civitate Erfurtensi capellanum, a. 1737.** (4 ff.)

— 37. **Epithalamion in nuptias . . . Ambrosii Judex (sic = Richter) . . . in Greiffendorf . . . sponsi nec non . . Walpurgis . . . Nicolai Verneri filiae sponsae . . . offert Sebastianus Klinkius Vogstadiensis Moravus . . . a. 1605.** (8 ff. — a. 1605).

— 38. Regulae iuris canonici. (6 ff. — saec. XVII.)

— 39. **»Homagium . . . dicatum . . . Benedicto Bayer, parthenonis Doxanensis praeposito« (a Paulo Sebestini b. Mariae v. servo).** (8 ff. — saec. XVII.)

— 40. Pia suspiria, quibus Rom. regi Ferdinando IV Franciscus Gulielmus episcopus Ratisbonensis parentavit a. 1654. — Piis manibus eiusdem moesta Bavaria parentabat. — Victrices palmae relatae ex erudito pulvere. (7 ff. — saec. XVII.)

— 41. **»Septem claves musicae . . . festa divi Joannis Bapt. luce in seminario Juliomontano probatae . . . atque . . . Joanni Tanner S. J. . . dicatae a. 1673.«** (2 ff.) Sequuntur duo epitaphia manca, item **Christi genealogia per mundi aetates traducta a P. Emanuele Thesauro, patricio Tauriensi . . . a. 1643.** (8 ff.)

— 42. **»Melos genethliacum . . . venerationi . . . Caroli Joannis Rosenmüller . . . concinnatum . . a Wenceslao Adalberto Josepho Lycaone« (a. 1688).** 17 ff.

— 43. (anepigr.) **Carmen natalicium cuidam Lucae Laeto dicatum** (et rubro colore scriptum) — 4 ff. saec. XVII.

Ex diversis monasteriis.

2636 *XIV. G. 44.*

membran. saec. XIV ff. 19, 20 × 15 cm. 1 m.

f. 1ª—11ª **Summa de modo dictandi.** »Incipit modus dictandi. Salutaciones ad papam. Sanctissimo« × »gradus nostri opusculi confingatur. Explicit summa, sequitur tractatus.«

f. 11ª—18ª »Incipit **Summa Mag. Laurentii de Civitate Aquilegiensis diocesis de numeris (sic) variis componendi epistolas.** Sciendum est, quod narracio« × »munera reportabis. Expliciunt tabule dictaminum.«

f. 18ᵇ—19ᵇ Proverbia communia.

f. 19ᵇ (alia manu) Forma instrumenti publici notarii (conscribendi a. 1350). Cf. Pertz Archiv X, 669.

Ex monasterio S. Coronae.

2637 *XIV. G. 45.*

chart. saec. XV (pars a. 1412) ff. 96, 21 × 16 cm. d. m.

f. 1ª—5ᵇ »Dictamen pulcrum (= **Fabula rhythmica) de accipitre et cornice.**« »Juxta suum libitum poyerunt multi« × »hanc discerpit cominus.«

f. 6ª—22ª **Historia Apollonii Tyrii.** »Erat quidam rex Anthiochus« × »bibliothece sue. Explicit historia Appolonii.«

f. 22ᵃ—24ᵇ **S. Bernardi Epistola de cura et modo rei familiaris utilius gubernandae.** »Gracioso militi Raymundo« X »dampnabilis senectus.«

f. 24ᵇ—27ᵇ (anepigr.) **Diffamatio Teutonicorum.** »In nom. dom. Amen. Cum eterno celorum sceptrigero« X »ens encium turpamen.« (Titulum invectivae huius ex catalogo operculo inscripto sumsimus; in cod. III. G. 25 f. 127 eidem opusculo inscribitur »Dictamen de Thewtunicis«.)

f. 27ᵇ—33ᵇ **Vita s. Albani.** »Erat olim in partibus aquilonis« X »in eterna gloria dealbari« . . .

f. 34ᵃ—42ᵇ **Miraculum de ducis filio, qui multa de paradisi gaudiis narravit.** »Rem agredior dicere michi dictam« X »quod verum est erit. A. **(14)12.** Explicit miraculum de ducis filio conscriptum et ab eodem inclito iuvene multa de paradisi gaudiis narrata« . . .

f. 42ᵇ »Metra super artem dimicatoriam«: »Tres ictus supra« X »hiis cape centum.«

f. 43ᵃ—45ᵇ (anepigr., in operculo hic titulus:) »Vita ecclesiasticorum« **(Carmen rhythmicum de educatione puerorum).** »Videant qui nutriunt natos delicate« X »rusticus non lotus.« Sequuntur versus de fine mundi »Mundus modo ponitur« etc.

f. 46ᵃ—47ᵇ Natura luporum. »Lupus est animal« etc.

f. 48ᵃ—49ᵇ »**Carmina Primatis.**« »Estuans in animo« X »conscius peccati.« (Est famosum carmen vagantium scholarium, cui inscribitur »**Confessio poetae**«, cf. Hubatsch, Vagantenlieder p. 44 sq.).

f. 50ᵃ—59ᵃ (anepigr., titulus in operculo hic est:) »**Disputacio magistri cum discipulo**« **de tribus hominum statibus.** »Si te a laboribus« X »per graciam restitute« (in cod. IV. A. 15 f. 60 hoc opus vocatur »Tripartitus«).

f. 59ᵃ—75ᵇ (anepigr. ut supra) »**Disputacio clerici cum milite**«. »Temporibus Berengarii« X »mirificus illustrator accendat Amen.« (Idem opus v.: IV. A. 15. f. 64 et V. A. 8. f. 6.)

f. 76ᵃ—78ᵇ Versus de signis astrorum et minutione sanguinis.

f. 79ᵃ—84ᵃ **Tractatulus de regimine sanitatis pronunciatus et compilatus per Mag. Nicolaum . . . rzycz** (radendo laesum). »Regimen sanitatis cuiuslibet hominis« X »febrem aut mortem. Expl.« etc. u. s.

f. 84ᵃ—87ᵇ (anepigr.) Prognostica lunae et planetarum.

f. 88ᵃ—89ᵇ (anepigr.) **Tractatus de aegritudinibus et remediis earum.** »Convenerunt itaque sapientes« X »ab inconvenientibus supradictis.«

f. 89ᵇ—91ᵇ (anepigr.) **Aristotelis Epistola ad Alexandrum de sanitate conservanda.** »Cum hoc corpus corruptibile sit« X »proficit corpori.«

f. 91ᵇ—93ᵇ (anepigr.) **Tractatus medicus de IV temporibus anni.** »De intencione nostra« X »similiter operantur.«

f. 94ᵃ—95ᵃ (anepigr.) Tractatus medicus de IV partibus corporis humani.

f. 95ᵃ—95ᵇ (anepigr.) **Popěvky rozpustilých žáků.** »Nassye sestra Yana« etc. (nevydány).

f. 96ᵃ—96ᵇ Praegnostica urinae.

In operculo super. primum annotata sunt libro contenta, dein occurrunt hae notae: 1) »A. d. 1392 fer. V in die s. Katherine natus est Jeronimus filius Vincencii de Iglavia« 2) »Item a. d. 1417 in vigilia b. Petri et Pauli apost. obiit Vincencius de Hohendorff alias de Iglavia pater Jeronymi supra scripti.« A. 1609 codex erat bibliothecae Rosenbergicae, postea monasterii Borovanensis.

2638 *XIV. G. 46.*

membran. saec. XIV ff. 119, 20 × 14·5 cm. d. m.

Antiphonarium monasterii s. Georgii in castro Pragensi notis musicis instructum continens imprimis historias ss. patronorum Bohemiae.

Operculis adglutinata sunt fragmenta membran. cuiusdam registri vestium et pelliciorum exhibitorum curiae regali regnante Johanne Luxenburgensi. Sine dubio ex monasterio S. Georgii.

2639 *XIV. G. 47.*

chart. a. 1667 ff. 50, 20·5 × 16 cm. 2 m.

Carmina et excerpta varia, ut docet inscriptio germanica in operculo superiori, **Carolo Ferdinando comiti de Waldstein a. 1667 dicata**. (F. 49 et 50 occurrunt etiam tria poëmata italica).

2640 *XIV. G. 48.*

membran. saec. XIII/XIV ff. 157, 19·5 × 13 cm. 1 m.

f. 1ª—124ᵇ **Raymundi de Pennaforte Summa de poenitentia.** (Initium deest) »aut mercimonii. In primo casu si vult christianus« × (finis libri III) »percipite regnum.«

f. 124ᵇ—135ª **Tancredi (Bononiensis?) Summa de matrimonio** (quae hic efficit quandam appendicem libri III Raymundi).

f. 135ᵇ—136ª Registrum quinque librorum Summae Raymundi.

f. 136ª—140ᵇ (alia manu) **Hermani de Schildis Summa versificata.** »In summis festis« etc.

f. 141ª—157ª **Raymundi de Pennaforte Summa de matrimonio.** »Quoniam frequenter« × »corrigat et emendet.« (Summa haec efficit IV. librum summae superioris.)

Praeligata et adligata sunt bina folia, in quibus occurrunt variae notae et formae literarum. Item annotandum totum codicem notis marginalibus coaevis redundare. Recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 50. Ex collegio S. J. Crumloviensi.

2641 *XIV. G. 49.*

membran. saec. XIII—XIV ff. 221. 19 × 13 cm. d. m.

Gregorii papae IX Decretalium libri quinque uberrimis notis marginalibus illustrati.

f. 1ª »Gregorius episcopus . . . Rex pacificus« × f. 221ª »pro spiritualibus facere quis homagium compellatur.«

f. 221ᵇ »Hiis modis viciatur eleccio.«

Codicem recens. Schulte, Canon. Hdsch. p. 22. Ex collegio S. J. ad S. Ignatium, cui librum a. 1766 donaverat Jos. Barisien.

2642 *XIV. G. 50.*

chart. a. 1685 ff. 397, 19 × 15·5 cm. 1 m.

Compendium philosophiae Aristotelicae auctore quodam fratre ord. minorum s. Francisci. (A. 1685 annotatus est in fol. ultimo truncato.)

2643 *XIV. G. 51.*

membran. saec. XV ff. 19, 19 × 14 cm. 1 m.

Antiphonae aliquot, notis musicis instructae, monialium s. Clarae in Egra (ut innuit nota germanica in f. 16^b et inscriptio in operculo inferiori).

Sine dubio ex monast. s. Clarae Egrensi.

2644 *XIV. G. 52.*

chart. partim saec. XV partim XVIII ff. 87, 20 × 15·5 cm. d. m.

f. 1^a—3^b (saec. XV) **Vita Wernheri episcopi Merseburgensis.** »Temporibus Henrici« × »in labore peracto.«

f. 4^a—17^b (saec. XV) »**Chronica Merseburgensis ecclesie.**« »Cum gens Romulea« × »periit Merseburgensis ecclesia. Deo gracias. Expl. croneca Merseburgensis.«

f. 18^a—55^b (saec. XV) **Leopoldi de Bebenburg ad Rudolphum ducem Saxoniae Libellus de zelo christianae religionis veterum principum Germanorum.** »Illustri et magnifico . . . Rudolfo . . . Lupoldus de Bebenburg doctor« × »premio coronari« . . . Cf. Pertz Archiv X, 669.

f. 56^a—87^a (saec. XVIII) **Tractatus de originibus Britannicis.**

2645 *XIV. G. 53.*

chart. saec. XVIII ff. 39, 19·5 × 16·5 cm. 1 m.

»**Index rerum memorabilium duodecim mensium Crugeri ordine alphabetico expositus . . . conscriptus a P. Raphaele Ungar, canonico Sionensi**« (postea primi bibliothecae c. r. Clementinae praefecti).

Sine dubio donum auctoris.

2646 *XIV. H. 1.*

chart. a. 1675—1759 ff. 239, 18 × 16 cm. d. m.

Actus capitulares fratrum minimorum s. Francisci de Paula in conventu ad S. Salvatorem Vetero-Pragae a. 1675—1759.

Actus ann. 1626—1672 v.: XII. G. 2. Actus ann. 1759—1784 v.: XIV. E. 28. Ex monast. minimorum s. Francisci de Paula Vetero-Pragensi.

2647 *XIV. H. 2.*

membran. saec. XIV ff. 108, 19 × 15 cm. d. m.

Sermones varii, quibus f. 24^a—33^a insertum est **Evangelium Nicodemi.**

Operculo super. adglutinata est tabula quaedam computistica »inchoata a. d. 1344« continens orationem ad s. Mariam cum literis superscriptis a—g, cui manu saec. XIV/XV haec nota addita est: »Orantes devote pro statu Nicolai dictatoris littere legate honestati decanali in Chadaw« . . . Ex monasterio S. Coronae.

2648 *XIV. H. 3.*

membran. saec. XIII/XIV ff. 212, 19 × 14 cm. 1 m. cum init. pict.

(Guilelmi Peraldi) Tractatus de virtutibus.

f. 1ª »Incipit hic de virtutibus in communi. Si separaveris preciosum a vili« × f. 212ª »celestem hereditatem, ad quam« etc. »Explicit tractatus virtutum.« Alia manus hos versus addit:

»Virtutum portus liber iste vocatur et hortus,
Doctrinam morum docet atque fugam viciorum,
Premia iustorum simul et tormenta malorum.«

Ex conventu s. Wenceslai fr. eremit. discalc. Neo-Pragensi.

2649 *XIV. H. 4.*

chart. saec. XVII—XVIII ff. 47, 18·5 × 11·5 cm. 1 m.

»Quaestiones scripturisticae.«

2650 *XIV. H. 5.* (*Y. II. 6. n. 16*)

membran. saec. XIV ff. 51, 18·5 × 13·5 cm. 1 m.

f. 1ª—17ᵇ **Thomae Hibernici Tractatus de tribus punctis religionis christianae.** »Religio munda« × »compilare decrevit.«

f. 17ᵇ—30ᵇ **»Sermo subtilis in studio Parisiensi editus« super »Sapientia aedificavit sibi domum.«**

f. 31ª—47ª **(Arnoldi de Villa Nova?) Tractatus de regimine sanitatis.** »Prima pars sanitatis conservande pertinet eleccioni aeris« × »quod spero vos, domine, non indigere . . . Et in hoc terminatur regimen preservativum vite humane.«

f. 47ª—51ª **»Libellus de conferentibus et nocentibus.«** »Conferunt cerebro« × »propter faciliorem intellectum. Finis adest vere, precium wlt scriptor habere.«

2651 *XIV. H. 6.* (*Y. II. 6. n. 13.*)

membran. saec. XIV ff. 28, 18·5 × 14 cm. d. m.

f. 1ª—23ª **Casus iuris canonici de matrimonio.** »Quidam iuvenis de Francia« × »sacros canones imitari.« (Cf. Schulte Sitzgsber. d. Wiener Akad. Phil.-hist. Cl. 65 p. 38.)

f. 23ª—24ª »De subtilitatibus mundi« (formulae medicae).

f. 24ª—28ª (anepigr.) Ordo officiorum divinorum tempore quadragesimali et paschali.

Codicem recens. Schulte, Can. Hdsch. p. 51.

2652 *XIV. H. 7.*

membran. saec. XIV ff. 163, 17 × 13 cm. d. m.

f. 1ª—39ᵇ **(Honorii Augustodunensis) Elucidarius.** »Sepius rogatus« × »omnibus diebus vite tue.«

f. 40ª—46ª **(Eiusdem) Scala caeli.** »Frequenti meditacione« × »pervenire poterit.«

f. 46ª—47ᵇ Registrum codicis huius manu saec. XV conscriptum.

f. 48ª—65ª »**Summula de virtutibus et viciis.**« »Racio veneni potissime« × »aliis derelictis.«

f. 65ª—66ª »Augustinus de virtute psalterii.«

f. 66ᵇ—73ª **S. Anscharii Pigmenta.** Prologus: »S. Anscharius ex compunctivis rebus« × »collaudemus.«

f. 73ª—81ᵇ Notae variae theologicae et excerpta.

f. 82ª—147ᵇ **Sermones varii.**

f. 148ª—152ᵇ Prologus in Gregorii Moralia super Job.

f. 153ª—163ª **Sermones varii,** quibus f. 154ª—155ᵇ inserta **Vita s. Elisabeth Thuringorum lantgraviae, quam rescripsit fr. Conradus de Marburg.**

In fronte f. 47ª manu saec. XV ex. annotatum est: »Liber b. Marie prope Segheberge canonicorum regularium s. Augustini.« In fol. chart. praeligato: »Hic liber Henrici est equitis cognomine Rantzau a. 1583 aetatis suae 58«. In eodem folio verso: »Domus professae Soc. Jesu Micro-Pragae.«

2653 *XIV. H. 8.* (Y. II. 6. n. 17.)

membran. saec. XIII ff. 86, 18 × 12·5 cm. 2 m. cum init. pict.

Wilhelmi cuiusdam Philosophia duplex.

f. 1ª—14ᵇ (anepigr.) Philosophiae volumen minus. »Quoniam ut ait Tullius« × »ad cetera videnda accedat. Hic quarte particule longitudinem terminemus. Explicit philosophus.«

f. 15ª—83ª (anepigr.) Philosophiae volumen maius. »Queris, venerande dux Normanorum« × »desinit homo vivere.«

